Amen dico tibi · hodie mecū eris i p
adiſo Quarto videndū eſt de ira he
rodis ꝓ eo ꝙ dr̄ Iratꝰ ē valde · Ira
tꝰ ē q̄deȝ ꝓpt̄ regni zelū Proue · xix
Sicut fremitꝰ leonis · ſic ⁊ ira regis
Augꝰ Quid erit t̄bunal iudicantis
q̄n ſupbos reges curia t̄rebat infan
tis ꝓpter ſui ꝯtēptuȝ Cri. Magi ꝯtēp
nētes herodem addidere cās doloꝝ
ꝓpter ceſaris metū · q̄ p̄cepat ne ſine
ſui impio aliq̄s rex diceret̄ vel eſſȝ ·
Quīto videndū eſt d' ſeuitia herodis ·
ꝓ eo ꝙ dr̄ Occidit oēs pueros Extre
ſſit ei in tribꝰ ſcȝ in numero · q2 cum
deberet occidere vnū · occidit oēs ·
In loco · q2 cū deberet occidere beth
leemitas · occidit etiā finitimos · In
tēpore · q2 cū deberet occidere āmicu
los occidit etiā bimatos ⁊ infra · Hu
ius autē tāti exceſſꝰ q̄druplex fuit cā
Prima eꝰ implacabilis ira Prou · xx
vi · Ira nō hȝ miam · nec erūpens fu
ror Secūda eꝰ ſeuitia · q2 in ſanguie
delectabat̄ Ecc · viij · Quaſi autēȝ ni
hil eſt ante eū ſanguis Tercia ē a
ſtucia vt ſcȝ oēs occidendo ille n̄ poſ
ſet euadere quē q̄rebat Sȝ dr̄ Job ·
v · Apprehendit ſapiētes in aſtucia e
orū · Quarta ē diuina ꝓuidentia q̄
ex tāta herodis ſeuitia tātā ſibi mar
tiꝝ multitudinē copulauit Sexto q̄
deȝ videndū eſt de tp̄e occaſionis ꝓ e
o qđ dr̄ · Vidēs ꝙ illuſus eſſet a ma
gis p qđ dat̄ intelligi ꝙ facta fuit e
orū occaſio poſt epiphaniā · ſed tn̄ ſe
cūdū Glo · Poſt ānū ⁊ q̄tuor dies ·
pueroꝝ occaſio facta fuit Diſtulit ei
t̄plici de cā Primo ꝓpter diſcredenti
aȝ · q2 ſcḋm · Glo · magis diſcredidit ·
putans eos falſa ſtelle apparitionē
deluſos Secūdo ꝓpter aſtuciaȝ vt ſcȝ
diſſimulādo puer in mediū d'duceret̄
Tercio ꝓpter morā ꝯtractaȝ · Iuit
ei romaȝ a ceſare citatꝰ Et ſic fere p
annū impeditꝰ fuit · Septimo viden
dū eſt de fletu matrū ꝓ eo ꝙ rachel
⁊ nō iacob inducit̄ ad plorādū · Ma
tres ei cū ſint magis paſſibiles ꝯſue
uerūt plꝰ dolere de filioꝝ aduerſita
te ꝙ̄ p̄rēs ⁊ p̄rēs plꝰ gaudere d' eoꝝ
ꝓſperitate ꝙ̄ mr̄ēs Iſtud innuit ſa
lomon dicēs Prou · x · Filiꝰ ſapiēs le
tificat p̄rēȝ Filiꝰ autē ſtultꝰ meſtitia
eſt mr̄is ſue Mat̄ eīȝ plꝰ diligit · ⁊
ideo plꝰ dolȝ q̄n filiū ꝑdit · ꝙ āt plꝰ
diligat oſtēdit̄ t̄plici rōe Prima eſt
q̄m mat̄ dat plꝰ d' ſubſtātia ſua filio
ꝙ̄ pat̄ · ⁊ iō maiorē ꝑtē videt̄ hēre ·
Secūda cā eſt q̄m mat̄ plus laborat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

circa filiū ꝙ̄ mat̄. Illud aūt circa ꝙ
magis laboramus magis diligimus
Tercia cauſa eſt qm̄ mat̄ plus ē cer
ta ꝙ̄ pater Et iō mater diligit filiuz
tanꝙ̄ rē certā: pater vō aliqn̄ minꝰ
diligit tꝙ̄ rē dubiā Octauo videdū
eſt de morte herodis prout ꝙ d̄r eāt
vſq; ad obitū herod̄. Mors ei ſua fu
it mors peſſima q2 manū ꝓpria ſe occi
dit Herodes q̄dē; iniuſte effudit ſan
guinē puuloꝝ ⁊ iō bibit ſanguinez
ꝓpriuz quē gladio in vētre immerſo
effudit: bibit ſanguinē filioꝝ q2 fili
os ꝓprios interemit. vn̄ auguſtꝰ ceſar
hoc audito dixit Mallē eſſe herodis
porcus ꝙ̄ filiꝰ q2 cū ſit ꝓſelitꝰ porcis
pat et filios occidit Legit̄ eciā ī qua
dā cronica ꝙ herodes quēdā filiū ſu
ū puulū in bethleem tradiderat nu
triendū q̄ cū ceteris puulis occiſus ē
Et quia herodes ſic ſitiuit ſanguinē
paruulorum. ſic bibit ſanguinē ꝓpri
uz ⁊ domeſticū furorē diuinū. iō ꝑt
ſibi conuenire qd̄ d̄r. Apo. xvi. Juſtꝰ
es dn̄e q̄ hoc iudicaſti. q2 ſanguinez
ſcōꝝ tuoꝝ fuderūt ⁊ ſāguinē dediſti e
is bibē vt digni ſunt Nono ē viden
dū de ſubtractōe laudis q2 eccia ſub
ticet cātica laud̄ ⁊ leticie Et hoc p̄mo
in ſignū fletus quē mrēs hūerūt Se
cūdo in ſignū ſtatꝰ. q2 ſcz in limbuz
deſcēderūt Tercō in ſignū icolatus
quē virgo btā. puer ⁊ ioſeph fugien
do i egiptū fecerūt Magna cōpaſſio
ne dignū fuit ⁊ ꝓpter pueri teneraz
etatē. ꝓpt̄ puerpery nouitatē. ⁊ ꝓp
ter ioſeph ſenectutē.

Sermo xliiij. Eodē die ſer. iiijꝰ

Mittēs occidit oēs pueros In
his vbis ēa tangūt̄. Primo
herodis iniq̄ ſn̄ia cū d̄r. Mit
tēs Scd̄o eꝰ ſeuitia cū d̄r Occidit.
Tercō puuloꝝ innocētia cū d̄r Oēs
pueros Sn̄ia āt d̄r iniuſta tbꝰ mōis
Aut ex aīo qn̄ ex ira vel turbatōe ꝓ
fert̄. ā ex ordie qn̄ ordo iuris obmit

titur. ā ex cā qn̄ ſufficiēs cā n̄ ſuffra
gat̄. ꝓpt̄ hec āt ſētēcia herod̄ iniuſta
fuit Primo ex aīo q2 ex ira ⁊ pturba
tōe ipſā ꝓtulit Nā in aduētu mago
ruz d̄r ꝙ turbatꝰ ē. h̄ āt d̄r ꝙ iratus
ē valde Ibi ei turbatꝰ ē ꝓpt̄ ꝓdigij
nouitatē. vel ꝓpt̄ romanoꝝ timorē
Hic āt turbatꝰ ē ꝓpter magoꝝ dcēp
tionē. et timēs regni ſui amiſſionem
Et in tali t̄batione ⁊ ira ſn̄iaz ꝓtulit
Et iō eꝰ ſentēcia ex aīo iniuſta fuit.
Joh. i. Ira ei viri iuſticiā dei nō ope
rat̄. Scd̄o fuit iniuſta ex ordie Videt̄
ei ad pueri inq̄ſitōez ordiate ꝓceſſiſ
ſe Primo ei q̄ſiuit de loco natiuitatis
a doctoribꝰ legis Scd̄o de tp̄e ab ip
ſis magis Tercō inq̄ri mādat de per
ſona dicēs Ite ⁊ interogate diligēter
de puero ⁊c̄. Iſtū āt t̄plicē inq̄ſitio
nis ordinē inſidioſe faciebat: non vt
pueꝝ adoraret. ſ; vt pderet. ⁊ iō eꝰ
ſentēcia ex tali ordie fuit iniuſta: ideo
Dan̄. vij aſſimilat̄ vrſo in cꝰ ore erāt
tres ordies dētiū Iſte vrſus ē inſidia
tor herodes Tren̄. iij. Vrſus iſidiās
factꝰ ē mihi. h̄ hūit in ore ſuo tres
ordies. q2 ab ore ſuo tres de chriſto
emanauerūt inq̄ſitōes. ſ; tn̄ fuerūt
ordies dētiū. ⁊ vrſi q2 inſidioſe fatie
bat ⁊ lacerāre intēdebat. Tercō fuit
ex cā q2 innocētes dānauit Dan̄. xiij
Nūc pccā tua ⁊c. q̄ opabaris pꝰ iudi
cās iudicia iniuſta. inocētes opprimēs
⁊ dimitēs noxios. iō ipſi bti puuli i
nocēt dānati vindictā petūt a dō di
centes Apo. vi. vſq; quo dn̄e ſcūs ⁊
verꝰ n̄ iudicas ⁊ vindicas ſanguinē
nrm̄ de his q̄ hitant ī terra Scd̄o po
nit̄ herod̄ ſeuicia cū d̄r. occidit. ⁊ q2
ſanguinē inocentē iniuſte dānauit
iō iuſte dānatꝰ ē. vn̄ effuſio ſāguis
puuloꝝ nō poterit ī iuditio occulta
ri. ſ; maīfeſtabit̄ a t̄ra reuelāte pſa.
xxvi. Reuelabit t̄ra ſanguinē ſuuz
⁊ c iob xvi. t̄ra ne opiaris ſan. meū
Ab ipſo puuloꝝ ſanguie ꝓclamāte.

Vnde dt iudex Geñ. xiiij. Vox ſang
nis fris tui clamat de terra ad me.
A tota celeſti curia inꝑpellante. pſ.
Vindica ſanguinē ſcōꝝ tuoꝝ q̄ effu
ſus ē. A dei iuſticia reqrente Ezech.
iij. Sangnē aūt de manu tua reqraꝫ
Tercio pomit puuloꝝ innocentia. cū
dr̄ Pueros. In herode quidē eāt ma
licia. in iſtis innocētia In illo callidi
tas. in iſtis ſimplicitas In illo potēn
in iſtis infirmitas. Pugnabat ergo
cū innocētia malicia. cū ſimplicitate
calliditas. cū infirmitate potētia et
crudelitas Sꝫ iſto bello innocētia ma
liciā vicit. aſtuciā ſimplicitas fregit
potenciam infirmitas ſupauit Iſtud
triplex bellū adhuc quotidie gerit
Ecc. iiij. Verti me ad alia et vidi ca
lūnias que ſb ſole geruntᷣ. Ecce q̄uo
impugnat aſtucia ſimplicitatē et lac
inas innocentiū Ecce quō impugnat
malitia innocentiaꝫ. nec poſſe reſiſtē
eoꝝ violētie. Ecce quō impugnat po
tentia infirmitatē.

Sermo xlv. De ſcō Thoma cantu
arienſi. Sermo p̄m9.

PRo iuſticia agoniꝫare ꝓ aīa
tua et vſ ad morteꝫ certa ꝓ
iuſticia Ecc. iiij. Pugil fidelᷣ
et miles ſtrēnuus in ſua pugna tria
dꝫ hr̄e ſcꝫ cauſā legitimā. intentionē
rectā et finalē pſeuerantiā. Ab his
trib9 btūs thomas in ſua paſſione cō
mendatur. Primo a legitima cauſa.
cū dr̄. Pro iuſticia agoniꝫ aē. Deſcri
bitᷣ autē iuſticia. ꝙ ſit vtus reddens
vnicuiqꝫ ius ſuū ſcꝫ deo obedientiā.
ſupiori reuerentiā. pari cōcordiā. in
feriori diſciplinā. inimicis pacientiā.
miſeris ꝛ afflictis ꝯpaſſionē operoſā
et ſibi ſanctimoniā Pro tali iuſticia
ſcūs thomas pugnuit. Dedit em̄ p̄mo
deo obedientiaꝫ. qꝛ maluit obedire
deo ꝙ̄ regi cōtra deū. et iō regis irā
cōtra ſe ꝓuocauit Actu. vi. Obediē
dꝫ deo magis ꝙ̄ hoibus. Scdo dedit
ſupiori reuerentiā .i. ſūmo pontifici.
Nam cū quadā vice a rege artatus
voto ei9 ānuiſſet ab altari poſtmod
ſe ſuſpēdit. donec p ſummū pōtificē
ē reſtitutus Ecc. x. In medio fratꝝ
rector illoꝝ in honore. Tercio dedit
pari ꝯcordiā Vnde dr̄ de eo ꝙ ſaluo
ſemp rigore ſub decētia veſtiū et ap
paratu vtenſiliū ꝯcordabat morib9
ſinguloꝝ ad Rōs. xij. Si fieri poteſt
qd̄ in vob eſt cū oībus hoib9 pacē hn̄
tes. Qrto dedit ſubditis diſciplinā
Vnde dicitᷣ de eo Sapia qua p̄pitus
eāt in eccleſia malignoꝝ ꝓhibebat
inſult9. Prouer. xxix. Stulticia colli
gata eſt in corde pueri. et vga diſci
pline fugabit eā Qnto dedit iīmicis
pacientiā. qꝛ in exilio poſitus ꝓ rege
ac regno anglie ſp orauit et ſuis oc
ciſorib9 nullū impacietie verbū dixit
Luce xxi. In paciā vrā poſſidebitis aī
mas vrās. Sexto dedit miſeris com
paſſionē operoſaꝫ. qꝛ quotidie. xiij.
pauperū pedes curuatis genib9 ablu
ebat. et p9 refectōnem cuilibꝫ q̄tuor
argenteos ꝓ eoꝝ vſib9 cōſumēdos
erogauit. Septimo hūit in ſe ſancti
moniā: qꝛ vginitatē ſeruauit. et car
nem ſuā ieiunijs et cilicio macerauit
Heb. xij. Pacē ſeqmini cū omnibus
et ſanctimoniā ꝛc. Et qꝛ ſic iuſticiā
ſeruabat: pt dicē cū Iob xxix. Iuſti
cia indutus ſū et veſtiui me ſicut veſ
mento. Ille qui eſt indut9 ab omni
pte eſt tectus. ſic btūs thomas iuſti
cia fuit indutus a dextris: qꝛ ipſam
defendit in apicē pōtificalis digtatis
a ſiniſtris. qꝛ ipſam defendit ī exilio
relegatus anī ſe. qꝛ ea q̄ ſui p̄deceſſo
res in p̄iudiciū eccleſie conceſſerant
ipſe noluit confirmare poſt ſe. qꝛ in
his que petebat rex aſſentire noluit
vidēs imminē futuꝝ piculum aīaꝝ.
Scdo cōmendatᷣ ab intentōne recta
cū dr̄. ꝓ aīa tua Multi em̄ ſunt q̄ pu
gnāt ꝓ ſba ſua. et ꝓ pelle ſua et glā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

ſua·ſed pauci ꝓ aīa ſua·cū tamē i
bi magna pugna reqratur. Mat·xi·
Regnū celoꝝ vim patit et violenti
rapiunt illud ⁊c. Et ponit ibi tplex
vocabulū violentiā deſignās ſcꝫ vim
⁊ violenti rapiūt illud ad·deſignan
dum ꝙ tales tplicē vim debēt infer
re ſciꝫ rōni intellectum captiuando.
ij·Cor·x·In captiuitatē redigētes
intellectum volūtati ipſam a ſuis cō
cupiſcentijs auertendo·Ecci·xviij·
Poſt cōcupiſcentias tuas nō eas ⁊c
Et operatiue opera fortia aggrediē
do Prou·vl·Manū ſuā miſit ad for
tia Vel poteſt dici ꝙ ponitur ibi illd
tplex vocabulum·ad innuendū ꝙ
q̄ vult habere fortiſſimū celi caſtruꝫ
dꝫ habere audacē animū ne ſit formi
doloſus·ſtrēnuū conatuꝫ·ne ſit oci
oſus tolleratiā contra qdlibet aduē
ſum·ne ſit delitioſus Iſta tria gene
ra hoiem de bello dei eiciunt·vt ha
bet·Deut·xx·Quis eſt hō formido
loſus ⁊ corde pauido ecce formidoloſi
Quis ē homo q̄ edificauit domū no
uā ⁊c·ecce ocioſi q̄ volūt in domo q̄
eſcere ⁊ nō ire ad laborē·Quis ē hō q̄
deſponſauit vxorē ⁊c·Ecce delicioſi
q̄ delicijs volūt vacare Sed beatus
thomas habuit audacē animū·qꝛ cō
tra regeꝫ cām eccle audacter defen
dit Strēnuū conatū·qꝛ anteq̄ vellꝫ
cedere in exiliū ſe mitti permiſit To
lerantiā ɔtra qdlibet aduerſuꝫ quia
mortē ſuſtinuit Tercio cōmendat a
finali pſeuerātia cū dr: vſꝫ ad mortē
cta ꝓ iuſticia Vere vſꝫ ad mortē ꝓ iu
ſticia pugnauit qꝛ ꝓ ipſa ɔſēdēda q̄
druplex martiriū ſuſtinuit Primuꝫ
fuit in reꝝ ablatione·qꝛ fuit oībus
rebꝰ eccle ſpoliatꝰ·Et q̄uis ſci viri
ablationē reꝝ libenter ſuſtineāt do
lent tn̄ i q̄tū erāt ſuſtētamētū pau
perū·et in quātū videt ea cōſumi v
ſibus impioꝝ Iſta autē talis patien
tia qddā martiriū eſt Gre·Sine fer
ro martires eſſe poſſumus ſi pacienti
aꝫ veracit in animo cuſtodimus·Se
cunduꝫ fuit in ſuoꝝ ꝓpinquoꝝ perſe
cutione qd magnū dolorē ⁊ cōpaſſio
nem generauit ſibi·Gre·Qui dolo
rem exhibet i aliena neceſſitate cru
ceꝫ portat in mēte Terciū fuit in exi
lij relegatione qꝛ a patria ſua fuit ex
pulſus ⁊ p diuerſas ꝓuincias exul e
ffectus·Fuit ei de nuēro eoꝝ de qui
bus dr Heb·x·Circuierūt i melotis
⁊ pellibus caprinis egentes anguſti
ati afflicti q̄bus nō erat dignꝰ mun
dus Ipſe eniꝫ circuiuit·qꝛ per diuer
ſas patrias ⁊ terras pigrinatꝰ fuit·
⁊ in pellibus caprinis·qꝛ alienū defe
rebat·fuit egens: qꝛ oībus bōis ſpo
liatus·⁊ anguſtiatꝰ ꝓpter cōpaſſio
nē afflictoꝝ afflictus ꝓpter poitionē
inimicoꝝ Et qꝛ mūdꝰ eo dignus nō
fuit·iō deus de mūdo ipſū abſtulit·
Pſa·lvij·A facie malicie collectus ē
iuſtus Quartū fuit in ſua occiſione·
qꝛ eius cerebꝝ ſparſerunt ⁊ eū crude
liter occiderūt·fuit ei de nuēro illoꝝ
de q̄bꝰ dr·heb·x·In occiſione gladij
mortui ſūt ꝑs Gladiū euaginauerūt
peccōres ⁊c Sꝫ certe gladius eoꝝ in
trauit i corda ipſoꝝ·qꝛ alij digitos
diſcerpentes·alij ſame defluentes·
alij paraliſi diſſoluti·alij amentes ef
fecti miſerabiliter mortui ſunt

Serx·lvi·De eodem ſermo 2ꝰ

Iuſtꝰ iuſtificet adhuc ⁊ ſcūs
ſcificet adhuc Apo xxij·btūs
thomas licꝫ i vita ſua fuerit ⁊ iuſtus
⁊ ſcūs·i paſſione tamē ſua fuit ma
gis iuſtꝰ ⁊ ſanctus oſtenſus·et hoc
propter ſeptem conditiones que in
paſſione ſua reperiuntur·Primo
nam q̄ fuit paſſus in loco ſacto id eſt
in eccia ad innuēdum ꝙ ipſe eccleſiā
ɔſecrabat et eccia ipſum magnum
et ſauctum oſtendebat locꝰ Siqdē a
liquando ſanctiſicat locatum·ſicut
templum ſāctificat aurum·Vnde·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Math. xxiij. Quid maius eſt ā auꝝ
aut templū qđ ſāctificat auꝝ Aliqñ
vero locatū ſāctificat locū. ſicut cor
pus xp̄i et reliquie ſcōꝝ: que ſāctifi
cant locum: in quo recōdunť. Aliqñ
vero locus ſanctificat locatū et econ
uerſo Sicut pꝫ in archa que tabulas
ſanctiores oñdebat. et tabule archā
ſanctiorez reddebant. In hoc igiť ꝙ
thomas paſſus ē in eccleſia ipē eccle
ſiā ipſaz ſanctiorē reddidit. et eccľa
ipm̄ ſanctiorē oñdit. Scđo paſſus ē
in officio ſcō. ad innuendū ꝙ de lau
de vie tñſibat ad laudē prie vbi oīa
que ſunt in hoīe cōuertunť ad laudē
Nam viſus allectus dei āmirabili vi
ſiōe clamat et ait Heſter xv. Valde
āmirabiľ es dñe et facies tua plena
eſt grāꝝ Odoratus affectus tā mira
bili odore dicit Cañ. i. Trahe me pꝰ
te curreꝰ in odorē vnguētoꝝ tuoꝝ.
Auditus recreatꝰ āgelica iubilatōe
dt Cañ. v. Sonet vox tua in auribꝰ
meis ⁊c̄. Os dulcoratū laude dei dt
Pš. Repleť os meū laude ⁊c̄ Manꝰ
iocūdate xp̄i tactu et āplexatōne di
cūt. Pš. Oēs gentes plaudite mani
bus. Tercio paſſus eſt in mēbro ſcō
.i. in capite ſacro oleo delibuto.

Eſt aūt q̄druplex caput. Primū eſt
ſupſubſtāciale ſcꝫ deus Iſtud nō eāt
in btō Thoma leſū. ſ; diligenť cōſer
uatū. nam inſtar ſerpentis corpus ex
poſuit et caput cōſeruauit. Scđm ē
rōnale qđ eſt ipſa mens ſiue ſupior
ps rōis. Iſtud ſiľ nō erat leſum per
aliq̄ꝙ impacientiā vel murmuratione
Vnde dr̄ de martiribꝰ Non murmur
reſonat. nō querimonia ⁊c̄. Terciū
eſt ſpūale. ſcꝫ ipē p̄latus q̄ eſt caput
eccleſie. et qñtū ad hoc pſecutoribꝰ
reſtitit et corpꝰ eccleſie defendit Ad
Coľ. i. Adimpleo ea que deſūt paſſi
ombꝰ xp̄i in carne mea ꝓ corpe eiꝰ
qđ eſt eccleſia ⁊c̄. Q̄rtū eſt corpale
et iſtud feriendū expoſuit. et caput
xp̄i in ſe ꝯſeruauit Sicut oppomit q̄s
brachiū vt ab ictibꝰ caput cuſtodiat
Quarto paſſus eſt in tēpe ſcō ſcꝫ in
tpe dñice natiuitatis. ad innuendū
ꝙ ſicut xp̄us natus eāt in terris. ſic
ipſe naſcebať in ceľ. Aia em̄ ſcā mō
cōcipit ꝑ bona ꝓpoſita. parit autē ꝑ
bona opa. nutrit vō ꝑ dei v̄ba. Hoc
autē hic facit gemendo. tunc autez
facit gaudēdo Apocalip. xij. Mulier
amicta ſole ⁊c̄. Tunc aīa eſt amicta
ſole: qñ ſequiť chriſti cōuerſatōnem
Tunc hꝫ coronā duodecī ſtellaꝝ: qñ
ſeruat doctrinā xij. aploꝝ Tunc hēt
lunā ſub pedibus. qñ hꝫ terrena ſub
affectibus. Clamat aūt qñ parit. qꝛ
in pñti ſeculo ingemiſcit. Tandē rap
tus eſt filiꝰ eius ad thronū dei. qꝛ pꝰ
gnationē que fit cū dolore in mūdo:
gnānť filij eius cum honore in celo.
Quīto paſſus eſt ꝓ cauſa ſancta. qꝛ
ꝓ liberatate eccleſie defendēda. In
veteri lege nulla eāt libtas ſ; ſuitꝰ.
licet em̄ hrēnt liberꝝ prēm ſcꝫ deū ha
bebant tñ ancillā mrēz ſcꝫ ſinagogā
Partus autē ſequiť ventrē ⁊ vetris
cōditionē qñtū ad libtatē ⁊ ſuitutē
Erant tñ ibi quidā totaliť ſerui. qui
ſcꝫ hñbant ancillā mrēz ſcꝫ ſinagogā
et ſeruū prēm ſcꝫ diabolū Joh. viij.
Vos ex prē diabolo eſtis. In noua
autē lege eſt libtas. qꝛ naſcimur ex
libero prē. ſcꝫ deo et libera mrē. ſcꝫ
eccleſia. Gaľ. iiij. Non ſumus ācille
filij ſed libere. Sunt tñ et ibi quidā
ſerui qui videnť eſſe filij dei et eccľe
ꝑ fidē. et ſunt filij diaboli ꝑ opatōez
Joh. viij. Ois qui facit peccatū ſuꝰ
eſt peccati Xp̄s ergo nos ſuos rede
mit i. Coꝝ. vij. Precio empti eſtis
Redēptos maūmiſit. i. extra ptātem
diaboli poſuit Joh. viij. Si filiꝰ vos
liberauerit vē liberi eritis. liberos
in filios adoptauit. ad Rōnos viij.
Non em̄ accepiſtis ſpm̄ ſuitutis ⁊c̄.
Et de hoc cirographū fecit Pſa. xlix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Ecce in manibus meis deſcripſi te.
Talē igit libertatē thomas defendit
⁊ iō martiriū paſſ9 fuit. Sexto paſſ9
eſt inter manus ſanctas ſcʒ inter mo
nachos Corp9 xp̄i poſtq̄ patri immo
latū fuit a nullo ꝓphano fuit cōtrac
tuʒ ſed a viris ſanctis fuit a cruce de
poſitū ⁊ ſepultū Corp9 āt ſancti tho
me fuit organuʒ ſp̄us ſancti. marga
rita dei. ⁊ hoſtia xp̄i. Ipſi āt pſecuto
res fuerūt canes. iō nō debuerūt tā
gere organū ſp̄us ſancti. et q2 erant
porci nō debuerūt cōculcare marga
ritaʒ dei Mat. vij: Nolite ſanctū dare
canibus ⁊ c̄. et q2 pſecutores erant
ꝓphani. iō nō debuerūt contractare
hoſtiā xp̄i. Corp9 ergo btē thome a
miniſtris dei tātū tangi debuit poſt
q̄ tanq̄ ſacra hoſtia immolatū fuit
Nā ⁊ in veteri lege hoſtia deo immo
lata nō tangebat niſi manibus ſacer
dotuʒ Septimo erat approbat9 ab an
gelis ſcis Nā ſicut dr dū requiem eter
nā diceret Audite ſūt voces angelo
rū dicentiuʒ Letabit iuſtus ⁊ c̄. Et
hoc fecerūt angeli ꝓpt dubiū tollen
duʒ. Cū ei nō fuerit paſſ9 ab infideli
bus nec ꝓpt fideʒ ſed a xp̄ianis ⁊ pro
iuſticia. voluerūt angeli oſtēdē hūc
veꝝ eſſe martirē ꝓpter cōſimile offici
um. q2 officiū angeli ē eccīaʒ defend
re ⁊ cuſtodire. pſa. lxij. Sup muros
tuos ihrl̄m cōſtitui cuſto. ⁊ c̄. Ho
mines āt eiuſdē officij ⁊ artis hōrem
ſibi impedunt. ꝓpter ꝑuilegiū. ange
li ei ſūt virgines p naturam. et tho
mas fuit virgo p grām: et ideo tāq̄
ſibi ſimilē ꝑuilegio ſpēali ipm hono
rāt p laudeʒ diuinā Ecci. xiij. Omne
animal diligit ſibi ſimile.

Sermo. xlvii. De eodē ſer. 39.

Qui mihi miniſtrat me ſeq̄t
⁊ c̄. Joh. xii. Btūs thomas
habuit q̄tuor magna ꝑcom
a Primo nāq3 habuit ꝑlationeʒ dig
nā q2 fuit dei miniſter. vnde dr. Qui
mihi miniſtrat ⁊ c̄. Ad bonū autē mi
niſtꝝ tria requirunt ſcʒ mūdicia. fide
litas ⁊ prudentia Nemo eī vult mini
ſtrū immūdū vel infidelē ſeu fatuuʒ
De primo p̄s Ambulās in via imma
culata hic mihi miniſtrabat de alijs
duob9 Luc. xij. Quis putas ē fidelis
diſpenſator ⁊ prudēs ⁊ c̄. Beat9 er
go thomas fuit miniſter dei ⁊ ꝓpter
mundiciā q2 integrā caſtitatem ſua
uit. et ꝓpter ſapientiā q2 iura eccle
ſie ſapient defendit. et ꝓpter fideli
tateʒ q2 de tribus que ſibi cōmiſit ſi
bi fideliter deſeruiuit ſcʒ de corpe p
macerationē. de aīa. p ſincerā dilec
tioneʒ ⁊ de rebus p liberalem diſtri
butioneʒ Secūdo habuit ꝯpaſſioneʒ
chriſto conſimileʒ ⁊ acceptā. ideo ſb
ditur me ſequatur. In paſſione qui
deʒ xp̄i multa cōmendabilia fuerunt
Primū eſt libera voluntas pſa. liij.
Oblatus ē q2 ipſe voluit. Similiter
⁊ thomas voluntarie paſſus fuit: vn̄
cū monachi fores eccleſie clauderēt
btūs thomas eas reſerās dixit. nō ē
eccleſia vt caſtꝝ cuſtodiēda ⁊ ſic oc
ciſorib9 obuiauit Scdm ē immēſa ca
ritas q̄ tanta fuit in xp̄o q ſolus mo
ri voluit et ceteros illeſos ſeruari p̄
cepit dicens. Si ergo me queritis ſi
nite hos abire. Similiter et thomas
dixit. ſi caput meū queritis precipi
o ex pte dei ne cuiq̄ clerico vel laico
noceatis Terciuʒ eſt magna vtilitas
q2 xp̄s paſſ9 ē ꝓ iuſticia eccleſie acq̄
renda p̄s Annunciaui iuſticiā tuā ī ec
cleſia magna Similit et thomas paſ
ſus eſt pro iuſticia eccleſie ꝯfendēda
Quartum eſt deuotionis ſuauitas
qua chriſtus tam plenus fuit q inter
vulnera pri ſe recōmendauit dicēs.
pat in man9 tuas ꝯmēdo ſp̄um me
ū Similit ⁊ ſcūs thomas dū occideretur dixit deo et beate marie et ſanc
tis omnibus et beato dionyſio cauſā
ſancte eccleſie et. meipſū ꝯmēdo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Quintū eſt cōſtantie firmitas. tam ꝯſtans em̄ fuit xp̄s ꝙ nō ceſſit ꝓpter iniurias verboꝝ: nec ꝓpter ſupplicia tormentoꝝ. Silr̄ et thomas multas recepit cōtumelias: cū ei dixerunt. Capite furem. ſuſpēdite latronē et ꝓditorē Multas iniurias in rebus ꝓpriis. qꝛ fuit omībus ſpoliatus Et multa ſupplicia in tormentis. qꝛ fuit in oībus membris punitus et excerebratus. ſed tn̄ in nullo potuit cōmoueri. Tercio hūit vitam ſcāz. et hoc notat̄: cū dr̄ Si q̄s mihi miniſtrat ⁊c̄ Ipſe em̄ ſe totū miſtrauit deo: qꝛ ſe totū diuinis obſequiis mācipauit Et ſicut in paſſione. ſic et in vita ſe xp̄o cōformauit. xp̄s namq̄ hūit huilitatē que maxīe apparuit in pedū ablutione. Cōmunitatē: que apparuit in benigna cōuerſatōne Baruth. iii. Poſt hec in t̄ris viſus ē et cū hoibus cōuerſatus eſt. Aſperitatē que apparuit in aduerſoꝝ ꝑſſione. ps̄. ꝓpt̄ verba labioꝝ tuoꝝ ego cuſtodiui vias duras. Silr̄ et btūs thomas tātā hūit huilitatē. ꝙ ſingulis diebus pedes paupeꝝ tredecī abluebat. et q̄tuor argenteos cuilibꝫ tribuebat Tantā huit eciā cōmunitatē: ꝙ ſaluo honeſtatis honore ſe oībus ꝯformabat Seneca. Id agam⁹ vt meliorē vitaꝫ ſeq̄mur ꝙ̄ vulgus. non vt cōtriam alioqn̄ quos emēdare volum⁹ fuga⁹ a nob̄ et auertim⁹ Tantā hūit aſperitatē. ꝙ ieiuniis corpus ſuū macerabat. et cilitio membra ſua domabat Gal̄. v. Qui autēz ſunt xp̄i carnem ſuā crucifixerūt cū viciis et ꝯcupiſcētiis Quarto nūc hꝫ claritatē eternā cū dr̄ Vbi ego ſū illic et miſter me⁹ erit. Circa q̄d notand̄. ꝙ xp̄s eſt in dextera pr̄is Math. vlt̄. Sedet a dextris dei. Eſt in gloria pr̄is. Phil̄. ii. Dn̄s ih̄s xp̄s in glā eſt dei pr̄is Eſt in lumine pr̄is i. Thi. vi. Lucem hitat inacceſſibilē Eſt i throno pr̄is Apo. i. Sicut et ego vici et ſedi cuꝫ patre meo in throno eius Btūs ergo thomas eſt i dextera dei. qꝛ recepit oīm btōꝝ affluentiā. ps̄. Delectationes i dex. tu. vſ̄ in finē. Eſt i luīe dei qꝛ hꝫ viſionē aptā i. Coꝝ. xiii. Vide⁹ nūc ꝑ ſpeculū in enigmate tūc aūt facie ad faciē Eſt in throno dei qꝛ hꝫ regiā dignitatē Proū. vlt̄. Nobilis in portis vir eius cū ſederit cū ſenatoribus t̄re. Eſt in glā dei. qꝛ hꝫ oīm bonoꝝ ſecuritatē et eternitatē Aug⁹. in li. cōfeſſionū. Ipſe erit finis deſiderioꝝ noſtroꝝ: qui ſine fine videbit̄ ſine faſtidio amabitur. ſine fatigatione laudabitur.

Sermo xlviii. De ſcō Silueſtro papa. ſermo p̄m⁹

A Deo eſt omnis medela. et a rege accipies donationem. Ecc̄. xxxviii. Cōſtantinus imperator cū lep̄ eſſet ꝑfuſus a ſilueſtro eſt curatus et curāti nō fuit ingr̄tus. In v̄bis ꝑmiſſis p̄mo ponit̄ ei⁹ miraculoſa curatio: cum dr̄ A deo eſt oīs medela. Scd̄o ꝯſtantini grata recognicio: cū dr̄ A rege accipies donatōꝫ Circa p̄mū notand̄. ꝙ cōſtantinus curatus eſt ꝑ ſilueſtrū ꝑ v̄tutēz baptiſmi. Circa quē baptiſmū q̄tuor ꝑſone cōſiderant̄ ſcꝫ apl̄i. cōſtantinus ſilueſter et xp̄s. Ex ꝑte aplōꝝ fuit intimata materia et figura Vn̄ dixerūt cōſtantino in viſu apparētes: qꝛ horruiſti effuſionē ſanguinis innocentis. ſilueſter oſ̄ndet ſibi piſcinā. Ecce materia: in q̄ immerſus. tercio curaberis ab omi lepre morbo Ecce figura. Materia em̄ baptiſmi ē aq̄ que fuit ſanctificata tactu dn̄ice carnis cum in iordane dn̄dit v̄tute inſtitutōnis cū dixit Ioh̄. iii. Niſi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ et ſp̄ū ſcō ⁊c̄. Aqua regnationis que de latē emanauit et bn̄dicti onis ſacdotis. Aug⁹. Accedit verbū ad elementum et fit ſacramentum

Trina autē immerſio fit ad dſignan
dū triduanā xp̄i ſepulturaꝫ. ⁊ ꝙ a t̄
nitate habꝫ efficatiā. ⁊ ꝙ t̄plicē re
mittit culpaꝫ ſcꝫ. originalē. actualeꝫ
⁊ venialē Secūdo ex ꝑte conſtantini
fuit diſpoſitio p̄ambula. Diſpoſuit
eñ ſe ad baptiſmū ꝑ t̄a. ſcꝫ ꝑ cōtritio
nem. cōfeſſionē. ⁊ ſatiſfactōeꝫ Vnde
legit̄ ꝙ ad eccīaꝫ ſancti petri venit ⁊
ſe de peccatis ſuis lamētabiliter accu
ſauit Mat̄. iij. Baptiſabant̄ a iohā
ne confitētes peccata ſua. Per opa
penitētie Quia ſilueſter an̄ baptiſmū
vnius ebdomade ieiuniū ſibi indixit
Chriſt9 nō ieiunauit āte baptiſmū.
q2 non indigebat aliq̄ diſpoſitione.
Ieiunauit autē poſt baptiſmuꝫ. ad
innuēdum. ꝙ qui in baptiſmo naſci
t̄ nouus homo efficitur Paul9 auteꝫ
⁊ conſtātinus ante baptiſmū ieiuna
uerūt. q2 indigebant diſpoſitione.
Per opa miſericordie. q2 ante bapti
ſmuꝫ carceres aperiri fecit Mat̄. v.
Beati miſericordes qm̄ ipſi miam cō
ſequēt̄ Tercio ex ꝑte ſilueſtri fuit
forma debita ⁊ recta intētio. ꝑ quaꝫ
ipſū intēdebat virtute baptiſmi ſana
re in corpe ⁊ in mēte Vñ poterat di
cere illd̄. Ioh̄. vij. Totū hominez ſa
nū feci i ſabbato. Tūc ei fuit ſabba
tuꝫ ꝓpter pacē q̄ fuit eccīe reſtituta.
Quarto ex ꝑte chriſti fuit efficatia
v̓tuoſa. que fuit t̄plex Prima ē qui
a ipſū in baptiſmo curauit. ⁊ a mor
te lep̄ ij Reg. iiij Reſtituta eſt caro
e9 ſicut pueri puuli. Secunda ē. q2 ſi
bi infudit luceꝫ grē. ⁊ hoc ſignificat̄
per hoc ꝙ in baptiſmo ei9 mirabilis
ſplendor lucis emicuit Sup apl̄os de
ſcēdit ſpūs. ſ. ī liguis igneis q2 in p̄
dicatore req̄rit̄ lingua ignita. ad in
flāmandū. ſup cōſtantinū apparuit
ī ſpē lucis. q2 in pricipe req̄ritur lux
ſapiētie ad iudicāduꝫ Tercia eſt. q2
ipſuꝫ dignuꝫ fecit ſua viſione. hoc ſig
nificat̄ per hoc ꝙ xp̄s ꝯſtātino ī bap
tiſmo apparuit Legit̄ ei. ij. Reg. xiij.
ꝙ Abſolon duob9 ānis faciē regis ñ
vidit. tercio autē vidit. Quia in le
ge nature ꝯtra peccatū originale in
ſtituta fuerūt ſacrificia. in lege mo
yſi circūciſio. ſed neutꝝ iſtoꝝ celos a
periebat In lege āt grē q̄ſi in t̄cio ā
no inſtitut9 ē baptiſm9. q̄ celos ape
ruit ⁊ hoīes dignos dei viſione fecit.
Secūdo ponit̄ conſtātini grata reco
gnitio. cū dr̄ Et a rege accipies doā
tione; Ipſe ei eccāꝫ xp̄i fundauit. vn
de legit̄. ꝙ de fundamēto eccīe ſanc
ti petri. xij. cophinos terre ꝓpriis hu
meris aſportauit. vñ dicit q̄dā Glo
ſa ſup yſa. ix. Edificabūt filij pereg̃
noꝝ muros tuos Sicut cōſtantinus.
qui rome xij. eccīas in honore. xij. a
poſtoloꝝ fecit Secūdo fundatam do
tauit. q2 totaꝫ ytaliam i dotē dona
uit Geñ. xxx. Dotauit me dñs dote
bona. mecū erit vir me9 eo ꝙ genue
rim ei ſex filios Et p̄t eſſe verbum ec
cleſie que hic dotat̄ in futuro xp̄o ꝯ
iungetur eo ꝙ ſex filios ſibi gñauit
ſcꝫ apoſtolos. martires. cōfeſſores.
virgines. ꝯtinētes ⁊ ꝯiugatos Ter
cio dotataꝫ p̓uilegiis ꝯmuniuit. De
dit ei legeꝫ. quicūqꝫ fugeret i eccāꝫ
ſaluus eſſet ⁊ plures alias leges fecit
Chriſt9 tñ eccāꝫ nobilioribus p̓uilegi
is cōmuniuit. de q̄bus dicit̄. ij. Re.
ix. Sanctificaui domū hanc vt pone
reꝫ nomē meū ibi in ſempit̄num. ⁊
erūt oculi mei ⁊ cor meū ibi cūctis di
ebus Ecce q2 deus in eccleſia poſuit.
nomē ſuum. oculos ſuos ⁊ cor ſuum
Et ſic nominat̄ noīe dei. videt ocul̄
dei. ⁊ viuit corde dei Propt̄ primuꝫ
famoſa ⁊ cognoſcibilis Malac. i. Ab
ortu ſolis vſqꝫ ad occaſū magnū eſt
nomē meū in gentib9. ꝓpter ſcd̄m ē
circūſpecta ⁊ īfallibilis Prou. i. Fru
ſtra iacit̄ rethe ante oculos pennato
rū. ꝓpter terciuꝫ eſt ꝑpetua ⁊ immor
tal̄. yſa. xxxiij. Tabernaculuꝫ quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

neq̄q̄ transferri poterit Quarto pri
uilegiatā dignitatibꝰ exornauit De
dit ei ſilueſtro coronā imperialē ⁊ e
quū albū Voluit ei ecciam ornaē qꝛ
ſciebat ipſaꝫ eſſe ſūmi reg̃ ſpōſā. pſ
ſtitit regina ⁊c̄ ipſam eſſe ad dextē
rā dei collocādam. vnde ſeq̄tur a de
xtris tuis ipa imortalitatis ſtola īdu
endā Jō ſubdit. in veſtitu deaurato
ipſā angeloꝝ multitudine et obſeq̄
is mācipataꝫ Jdeo ſubdit. circūdata
varietate.

¶ Sermo xlix de eodeꝫ ſermo 2ꝰ

Honora medicū ꝓpter neccita
tem. Ecci. xxxviij. Jn vbis
ꝓmiſſis duo ponunt̄. ſcꝫ con
ſtantini neccitas in quā incidit. ⁊ ho
noris ſublimitas q̄ ſilueſtꝝ honoꝛauit
¶ Circa primū notandū ꝙ conſtātinꝰ
t̄plicem neccitatem paciebatur. Pri
ma erat corpalis quā patiebat̄ i car
ne ſua Et iſta eāt morbꝰ lepre Scđa
eāt ſpūal̄ q̄ erat i mēte ſua ⁊ iſta eāt
morbꝰ ydolatrie Tercia erat i gēte
ſua Et iſta cābat̄ ex dracoīs īfectōe
Primuꝫ morbum curare volebat per
innocētuꝫ ſanguinis effuſionē. Secū
dum augere volebat per xp̄iane reli
gionis extirpationē Terciū cedaē vo
lebat ꝑ cerimonialiū exhibitionem.
Sed affuit celeſtis medicus ſcꝫ ſilueſ
ter q̄ hunc t̄plicē morbū ſalubri rēme
dio curauit Primū nanq̄ curauit ꝑ
baptiſmi regenerationē. qꝛ ſcꝫ mox
vt fuit baptiſatus ab omni lepra fu
it curatus. iiij. Reg. v Reſtituta eſt
caro eꝰ ſicut caro pueri puuli ⁊ mun
datus ē Jn carne q̄dem ſua paciebat̄
t̄plicem morbū Primus cauſabat̄ ex
lepre aſperſione Et q̄tū ad hoc dr̄.
Reſtituta ē caro eꝰ. Secūdus cauſa
bat̄ ex fomite cōcupiſcētie Et iſte ꝑ
baptiſmū debilitatꝰ eſt. Et q̄tuꝫ ad
hoc dicit. caro pueri ⁊c̄. Terciꝰ cau
ſabat̄ ex vetuſta cōuerſatione qua ī
baptiſmo ſpoliatus ē. Colo. iij. Spo

liantes vos veterē hominē ⁊c̄. Et q̄
tum ad hoc dicit. mundatus ē. Secū
dus erat morbꝰ ſpūalis ſcꝫ morbꝰ er
roris Notādum autē ꝙ tūc erat tri
plex error. ¶ Primus gētilitatis ⁊ ydo
latrie Et iſtū curauit ſilueſter miracu
lis Pſ Dabit voci ſue vocē virtutis
in miraculis ſcꝫ miraculoſa curatiōe
conſtātini ¶ Secūdus erat iudayce per
fidie Et illū curauit doctrinis. qꝛ di
ſputādo cū helena ⁊ iudeis ipos cōui
cit Luc. xxi. Ego enī dabo vobis os
⁊ ſapientiā ⁊c̄. et miraculis ſcꝫ reſuſ
citatione thauri. i. Coꝝ. i. Judei ſig
na petūt greci ſapiētiā querūt Silue
ſter autē grecis ſiue gentilibꝰ ſapien
tiam et iudeis ſigna ꝓbebat Sapien
tes ei acquieſcūt rationibus. ſimpli
ces miraculis. ſed quādo vtrūq̄ da
tur tunc ⁊ rationes miracula cōmen
dant. ⁊ miracula rationes ꝯfirmant
¶ Terciꝰ erat error ꝑuitatis heretice ⁊
ille fuit arrij. q̄ ſtatim poſt ſilueſtrē
adhuc tamē viuēte cōſtantino ince
pit. q̄ dicebat xp̄m eſſe purā creatu
ram ⁊ ille morbꝰ curatꝰ ē doctrinis
qꝛ niceenū conſiliū cōgregatum eſt.
vbi aptis rationibus eiꝰ error confu
tatus eſt. et miraculis. qꝛ arriꝰ cre
puit medius et nephādo ore quo cri
ſtū blaſphemauit viſcera ſua euomu
it ¶ Tercius morbus cauſabat̄ ex infec
tione draconis. et hunc morbū ſilue
ſter curauit ꝑ potētiā. qꝛ ad precep
tum Petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ ad ip
ſū deſcēdit. ⁊ ibi tria fecit Nā ſibi ꝑ
cepit ꝙ ibi xp̄m venientē iudiceꝫ ex
pectaret ⁊ os eꝰ filo ligauit. et cū ſigil
lo habēte crucē ſigillauit. Chriſtus
nanq̄ vicit diabolū ꝑ potentiā. hoc
ſignificat ꝑceptum quod ei fecit per
ſapiētiā. hoc ſignat ligatio q̄ eum li
gauit. ꝑ iuſticiam que apparuit i pa
ſſione. hoc ſignat ſigillatio facta cuꝫ
cruce ¶ Scđo poīt̄ honoris ſblimitas q̄ ſil
ueſtꝝ honoꝛauit cū dr̄ Honoꝛa mediciꝫ

Circa qd̄ notandū ꝙ eccleſia ē vica
ria chriſti. vxoꝛ agni theſauraria dei
i oſtiaria paradiſi Quia ecclīa igit̄ eſt
vicaria xp̄i. cōſtantin⁹ in ſede ſibi ce
ſſit. dimiſit ei ſibi ſedē romane vrb
et ipē in cōſtātinopolim ſibi ſedē lo
cauit Vn̄ ait i ſuo teſtamēto vbi pri
cipatus ſacerdotuz ⁊ xp̄iane religio
nis caput a celeſti impatoꝛe inſtitu
tum eſt. iuſtū ē. vt illic impatoꝛ ter
renus nō habz poteſtatē. Secūdo qꝛ
eſt ſpōſa agni ipſaz tanꝙ̄ fidelis pa
ranimph⁹ nobilit̄ exoꝛnauit. nā ſicut
legit̄ i ſuo teſtamēto dedit ſilueſtro
coronā imperialē. ſuphumerale. ⁊
oīa imperialia oꝛnamēta oꝛdinās eti
am. ꝙ cardinales eſſēt ꝯſules. ⁊ pa
tricij. ⁊ imperialib⁹ dignitatibus ad
oꝛnati Tercio qꝛ ē theſauraria dei i
pium occidentale ſibi cuſtodiēdum
ꝯmiſit. ⁊ ipſe ad ptes oꝛiētales acce
dēs Cōſtātinopolim edificauit. pſai.
xlv. Dabo tibi theſauros abſcōditos
⁊c. Quarta qꝛ erat oſtiaria paradiſi
iudiτio ſuo ſe ligādūz ⁊ abſoluēdum
ſuppoſuit. vnde legit̄ i hiſtoria ecclā.
ꝙ cū i niceno ꝯcilio diuerſi epī diuē
ſos libellos ꝯſtantino preſentaſſet.
vt ipſe int̄ eos iudicaret omēs libel
los in ignē ꝓiecit dicēs Deus vobis
poteſtatē dedit de nobis iudicare ⁊
ideo a vobis recte iudicamur. Vos
autē nō poteſtis ab hoībus iudicari
Vobis ei nobis a deo dati eſtis dij.
et cōueniens nō eſt vt homo iudicet
deos. ſed ille de quo dicitur. Deus
ſtetit in ſinagoga deoꝝ.

Sermo. L. De eodem Ser. iij.

In dieb⁹ ſuis placuit deo Ec
cie. xliiij. Tota vita ſancto
ruz eſt dies. i. Theſ. v. Om
nes vos filij lucis ⁊ filij diei Et qꝛ ſā
cti viri ſepe mutant ſtat⁹ ideo quot
ſtat⁹ habēt tot dies ꝯtinent. Bea
tus autē Silueſter fuit in ꝗdruplici
ſtatu ſcz ſubiectōis. prelationis. cō
ſūmationis ⁊ gloꝛificationis. Et in
his dieb⁹ id ē ſtatibus ſuis lucidiſſe
per placuit deo. Primo nāqz placuit
in ſtatu pfectionis p gratiam Sunt
autē tria ſigna. p que pt homo cog
noſcere vtꝝ placeat deo p grāz. Pri
muz eſt exercere opera miſericoꝛdie
Ecc. xvij. Elemoſina viri quaſi ſaccu
lus cū ipo ⁊ grām hoīs quaſi pupil
lam conſeruabit Sicut eniz manus
oppoīt̄ vt pupilla ab ictibus cuſto
diat̄. ſic per elemoſinā a temptatio
nibus diaboli anima ꝯſeruat̄. Iſtud
ſilueſter adhuc laicus hēbat. de quo
dr̄ qꝛ hoſpitalitatē ſūope exercebat
Heb. xiij. Hoſpitalitatez nolite obli
uiſci. p hanc ei quidaz placuerunt ā
gelis hoſpicio receptis Secūdū ſignū
eſt firmitatē conſciētie habere Ecc.
xx. Homo acharis id ē ſine grā qua
ſi fabula vana. ⁊ dr̄ Ecc. xxvij. Ho
mo ſenſat⁹ manz i ſapīa ſicut ſol ⁊c
Iſtud ſilueſter habuit. nā cum olim
quēdaz xp̄ianū noīe thimoteuz oēs
xp̄iani timerēt recipe ipſe eum rece
pit ⁊ ſecū manere fecit Terciū ſignū
eſt habere ſpūm ꝓphetie. ij. Pet. i.
Spū ſancto inſpirati locuti ſunt ſan
cti dei hoīes. Iſtud ſilueſter habu
it. nā cuz prefect⁹ ſibi i craſtinum di
uerſa toꝛmēta minaretur ꝓphetia vo
ce reſpōdit Stulte hac nocte moꝛie
ris tu. ⁊ velis nolis verū deuz quē co
lim⁹ recognoſces. qd̄ ita factuz eſt
Secūdo placuit in ſtatu ꝑlationis p
curā ſollicitā Ipſe ei populū ſuuz pa
uit verbo ꝑdicationis per quod iude
os cōuicit. gētiles ꝯuertit ⁊ fideles i
ſtruxit. pauit etiam exemplo refoꝛ
mationis Vnde dr̄. ꝙ non ſolum a
chriſtianis ſed etiā a paganis miro
diligebatur affectu. Erat eni aſpec
tu āgelic⁹ ſermoē nitid⁹ ⁊ fide catho
lic⁹. caritate diffuſ⁹. pauit tpali ſb
ſidio. vnde dr̄. ꝙ oīm oꝛphanoꝝ vi
duaꝝ ⁊ paupm̄ noīa ſcripta hēbat

et ĩ eis neceſſarijs ſubueniebat ꝓpter
iſta ẽa dicit̃ .i. Thimo. iiij. Exẽplũ e
ſto fideliũ in verbo ſcꝫ pdicationis :i
cõuerſatione ſcꝫ informatõis. in ca
ritate. ſcꝫ ſubminiſtrationis Terao
placuit in ſtatu cõſũmatõis ſiue mor
tis. qꝛ tunc graacioſũ teſtamentuꝫ fe
cit in quo ẽa ſubditis ðlegauit. ſ. vt
inter ſe caritatẽ haberẽt. eccĩas ſu
as diligenti⁹ gubernarent ⁊ gregẽ
a lupoꝝ morſibus cuſtodirẽt. Iſta ẽ
a paul⁹ diſcipulis ſuis ꝑ teſtamẽto
legauit dicẽs Act. xix. Attendite vo
bis ⁊ vniuerſo gregi vt ſcꝫ ipſuꝫ ſin
cere diligatis. in quo vos ſcũs ſpiri
tus poſuit ep̃os regere eccĩam dei.
vt ſcꝫ diligenti⁹ gubernetis Ego ſci
o qm̃ intrabũt p⁹ diſceſſionẽ meam
lupi rapaces. nõ parcentes gregi. ⁊
ideo ip̃m a lupoꝝ morſibus cuſtodia
tis Et intelligunt̃ lupi demones. he
retici. ⁊ tirãni. Debẽt q̃dem p̃lati cu
ſtodire eccĩam a morſibus demonũ
ꝑ orõem aſſiduaꝫ. Luc. xxij. Ecce ſa
thanas expetiuit vos ⁊c̃. Et tu aliq̃
do cõuerſus ↄfirma frẽs tuos ſciꝫ ꝑ
orõem ſollicitã A morſib⁹ hereticoꝝ
ꝑ ſanã doctrinam .i. Pet. iij. Parati
ſemꝑ ad ſatiſfactõem omni poſcenti
⁊c̃. A morſibus tirãnoꝝ ꝑ firmaꝫ cõ
ſtantiã Vñ q̃daꝫ reprehendũt̃ Ezec.
xiij. Nõ aſcendiſtis ex aduerſo. ⁊c̃.
Quarto placet nũc deo in ſtatu glo
rificationis p̃s Placebo dño in regi
one viuoꝝ Sũt ãt ẽa ꝑ q̃ beati placẽt
deo. Primũ eſt ydemptitas volunta
tis Mõ eĩ in malis volũtas eſt deo ↄ
traria ideo deo diſplicent In bonis
eĩ ſemiplena. ⁊ iõ imꝑfecte placent
ſed in btĩs ẽ ꝑfecta. ideo ꝑfecte pla
cent yſa. lxij. Vocaberis voluntas
mea ĩ eis Secundũ eſt ydemptitas ſi
militudinis Sĩlitudo quidẽ dei ĩ mal̃
ẽ deleta. ideo nõ cognoſcunt̃. In bo
nis eſt obſcura qꝛ in corꝑe qđ corrũ
pitur aggrauat̃. In beatis ẽ clara.

i. Jo iij Scim⁹ qꝛ cũ ſil̃es ei erim⁹ ap
pueĩt ⁊c̃. Terciũ ẽ idẽptitas amoris
Mali autẽ habẽt cor frigiduꝫ. Iher.
vi. Sicut frigidaꝫ facit ciſterna aq̃ꝫ
ſuam ⁊c̃ boni habẽt cor calidũ p̃s cõ
caluit cor meũ intra me Beati vero
habent cõr in ignẽ amoris totaliter
conuerſũ Ideo vocantur ſcintille ig
nis Sap. iij. Fulgebũt iuſti et tanq̃
ſcintille in arundineto diſcurrent.

Sermo li. De circũſi dñi. F. i.

INfans octo dieꝝ circumcide
tur in vobis Geñ. xvi. Quã
uis ihẽſus fuerit infans octo dierum
Tamẽ circũciſione nõ indigebat Cũ
eĩ circũciſio data fuerit cõtra pecca
tum Et quoniã xp̃s fuerit ſine pccõ
nõ indigebat tali remedio Ber. qꝫ
nõ fecerit peccatuꝫ etas ip̃a maniſe
ſtat. qꝫ nõ cõtraxerit multofortius
ꝓbat patris diuinitas ⁊ matris inte
gritas Eſt eĩ tibi pater ab eterno. ſꝫ
deus ẽ in quem nõ cadit peccatũ Eſt
tibi mater ex tẽpore. ſed virgo. nec
parere potuit incorruptio corrupte
lam Notandum autẽ qꝫ circũciſus fu
it Chriſt⁹ a parentibus in ꝑte corpo
ris. et a iudeis in omnibus ſenſib⁹
corporis Primã autẽ circũciſioneꝫ vo
luit accipe nõ ꝓpter indigentiã ſed
ꝓpter congruentiã. Cõgruũ eniꝫ fuit
multiplici ratione Primo vt legem
impleret Roma. xv. Dico eniꝫ ihẽſũ
chriſtum fuiſſe miniſtrũ circumciſio
nis ⁊c̃. Secũdo vt incarnationis mi
ſterium diabolo occultaret Sicut eĩ
piſcis volẽs capere eſcã. capit̃ ab ha
mo ſic diabol⁹ vidẽs xp̃m circũcidi vo
luit ipſuꝫ capere tanq̃ puꝝ hoĩeꝫ ĩ car
ne ⁊ capt⁹ ẽ diuinitate. iob. xl. Nũq̃d
illudes ei q̃ſi auis Tercio vt cõmunita
tẽ ↄmẽdarẽt. Ber. Amator cõmunita
tis quo mõ illã ðſerẽret ⁊ alios ſcãda
liſareꝫ. ſicut eĩ nõ ſcãdaliſant̃ xp̃iani
vidẽtes aliq̃m de gñe xp̃ianoꝝ ñ bap
tiſatũ ſic ⁊ iudei vidẽtes ip̃m ñ cĩrcũcĩſũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

¶ Quarto ne iudei ſe excuſarēt dicen
tes Jdo te nō recipimꝰ . qꝛ contra le
gez facis ⁊ de populo nrō debes peri
re Juxta illud Geñ. xvij. Maſculus
cuiꝰ ꝑpucij caro circūciſa nō fuerit.
delebit̄ anima eiꝰ de populo ſuo ¶ Quā
to vt noſtrā naturā ſanaret. Sicut
ei fit cauteriū in vno mēbro vt totū
corpꝰ ſanaret̄. ſic xp̄s voluit circūci
di vt corpꝰ eccłie totū ſanaret Col.
ij. Circūciſi eſtis circūciſione nō manu
facta. Scd̄o fuit circūciſus a iudeis in
oībꝰ ptibꝰ corpis ⁊ oībꝰ ſēſibꝰ ſuis
ſui corporis ¶ Prīo q̄ntū ad aures qꝛ
detraxerūt ſue potentie Mat. ix. Jn
belſebub principe demonioꝝ eicit de
monia Et ſapiētie ſue Jo. viij. Tu d̄
te ipſo teſtimoniū perhibes. teſtimo
niū tuum nō eſt verū. Sue misericor
die Luc. xv. Murmurabāt phariſei
⁊ ſcribe dicētes . qꝛ hic pccōres reci
pit ⁊ māducat cū illis ¶ Secūdo q̄ntum
ad viſuz . emiſit ei lacrimas cōpaſſio
nis Luc. xix. Vidēs ciuitatē fleuit ſu
p illaz ⁊ c̄ Lachrimas amoris Jo. xi.
Lachrimatꝰ ē ieſus ſcz ſup lazaruz a
micum ſuū Lachrimas doloris in ſui
paſſione. vt hēt̄ . Heb. v. ¶ Tercio q̄n
tuz ad olfactum Habuit ei odorēz g̃
uem. fetidū. ⁊ fetidiſſimū. Odor gra
uis cauſabat̄ ex poculo mirrato ⁊ ab
ſinthiato Odor fetidꝰ cauſabatur ex
ſputis iudeoꝝ ⁊ cadaueribꝰ mortuo
rum. Odor fetidiſſimꝰ cauſabatur ex
ſpurcicijs pccōꝝ Peccata ei aerē in
ficiūt ⁊ fetiduz reddūt. p̄s. Corrupti
ſūt ⁊ abhominabiles facti ſunt ⁊ c̄.
¶ Quarto q̄ntum ad guſtū. qꝛ amaruz
potū ſibi ꝓpinauerūt ſcz mixtū cū fel
le aceto ⁊ mirra. vt ſcz fel veneāret.
mirra amarificaret. acetū qd̄ eſt pe
netratiuuz . venenū ⁊ amaritudinez
per totum corpꝰ deduceret Quīto q̄n
tum ad manus Habuit ei manꝰ liga
tas vincuł amoris q̄n ſcz fuit flagel
latꝰ ad columnā Ecci. vi. Ne circūdi

eris in vincuł eiꝰ . Habuit manus p
foratas largitate muneris . p̄s . Ape
ris tu manum tuam ⁊ imples omne
animal bn̄dictōe Habuit crucifixas
in exemplū penitentie finał Clauus
autē quo homo affigit̄ eſt timor dei.
Ps Cōfige timore tuo carnes meas
Jn his q̄nqꝫ ſenſibꝰ . ideo voluit circū
cidi vt culpā eue ſanaret ⁊ nos circū
cidi doceret Eua quidē incircūciſas
habuit aures q̄n ſuggeſtioni ſerpen
tis eas accomodauit. Oculos q̄n po
mū vetitum aſpexit . Olfactuz quan
do pomi odorē ſenſit ⁊ ſua mēs inde
allectata fuit Guſtū q̄n pomū come
dit Manꝰ q̄n ipſas ad illud extēdit.
Nos etiam debemus in his q̄nqꝫ ſen
ſibus circūcidi . ſcz in viſu laſciuie cō
ſideratione Quia ſicut dr̄ Jere. vi. A
ſcendit mors p feneſtras veſtras Jn
auditu de nociua auditione ſcz detra
ctionis Ecci x. Si mordeat me ſerpēs
in ſilentio. nihil eo minꝰ habz qui oc
culte detrahit Jn loq̄la adulationis
praue. pſa. xiij Syrena in delubro vo
luptatis Jn olfactū a ſupuacua odo
ris requiſitione . Quia ſicut dicitur.
pſa. iij. Erit ꝓ ſuaui odore fetor. Jn
lingua. in verboꝝ inconſideratione.
Exod. vi. Jncircūciſus labijs ego ſūz
Jn manibꝰ . a remiſſa operatione. y
ſai. x. Remiſſas manꝰ ⁊ ſoluta genu
a erigite ⁊ c̄

¶ Sermo Lij. Eodē die Serꝰ

Poſtq̄ cōſūmati ſunt dies oc
to vt circūcideret̄ puer. ⁊ c.
Luc. ij. Humana natura in
adaz adeo fuit corrupta q̄ oēs ab ip
ſo propagati corruptionē traxerūt.
qꝛ ſi maſſa corrupta fuerit ⁊ delibati
o viciata Et q̄uis deus a īaz puraz in
fundat. tn̄ ex vaſe id ē corpe corrum
pit̄ ⁊ viciat̄ Jdeo deus a principio po
ſuit remedia ⁊ cōtra ipm pccm̄ īſtitu
it q̄ eciaz xp̄s hūilitatis cā aſſūpſit. q̄
q̄dē ſūt q̄nꝫ . ſic̄ hugo d̄t d̄ ſcō victoē

Primũ fuit oblatio Et iſtud incepit
in abel. ⁊ durauit vſqꝫ ad diluuium
Et iſtud remediũ xp̄s aſſumpſit. qui
q̄tuor ꝑ nobis deo obtulit ſcꝫ carnē
in ſatiſfactionē Adã ei debebat ſati
ſfacere ⁊ penam portaē. Chriſtus au
tē penã ſuſtinuit ⁊ ſic ſatiſfecit. Pſ̄.
Que nō rapui tunc exſoluebã. yſa.
liij. Diſciplina pacis noſtre ſup eum
Leo eñ timet qñ catulus flagellat̄.
quãto magis catul⁹ timeret ſi leonē
flagellari videret Sic ⁊ nos debem⁹
timere qñ xp̄m videm⁹ ſic flagellatũ
eſſe Secũdo obtulit ſanguinēꝫ in re
demptionē nrãm. i. pe. i. Nō corrupti
bilibus auro vel argēto redempti eſ
tis de vana vrã cōuerſatione. ſed p̄ci
oſo ſanguinē agni īmaculati xp̄i. So
lent nanqꝫ q̄ preciũ perſoluunt ipſũ
precium numerare vel appendere ⁊ vel
mēſurare. xp̄s autem ſanguinēꝫ ſuũ
dedit in p̄ciũ. ſine numero. pondere
⁊ menſura Tercio obtulit animã ſu
ã in recōciliatōeꝫ. ij. Coꝝ. v. Omni
a autē ex deo q̄ recōciliauit nos ſibi
ꝑ xp̄m Et qꝛ recōciliator dum ſe int̄
ponit aliquãdo a ptibus vulneratur
ſic xp̄s vulnerat⁹ fuit a deo. yſa. liij.
Propter ſcelus populi mei pcuſſi eũ
Ab homine fuit vulnerat⁹. zach. xiij
His plagatus ſũ in domo eoꝝ q̄ dile
xerũt me. Quarto obtulit diuinita
tem in fruitionē Et iſta ē beatitudo
cōmunis nobis ⁊ angelis Joh. xvij.
Hec ē vita eterna vt cognoſcãt te
ſoluꝫ verũ deum ⁊ c̄. In xp̄i tamē hu
manitate. homo in qnqꝫ ſenſib⁹ bea
tificatur pre angelis ſcꝫ in viſu. qꝛ vi
debit xp̄i huãnitatē In auditu. quia
audiet xp̄i dulciſſimã vocē. In olfac
tu. qꝛ ſentiet de corpi xp̄i miꝝ odorē
In ore. qꝛ loquit̄ ore ad os cũ xp̄o.
In tactu. qꝛ amplexabitur ip̄m xp̄m
Secũdũ remediũ fuit ſacrificium Et
iſtud incepit in noe. ⁊ durauit, vſ qꝫ
ad abraham Iſtud autē xp̄s obtulit

quãdo in ara crucis patri ſe ſacrifi
cium immolauit. dicit̄ autē. Leuit.
vi. Omne ſacrificiũ ſacerdotuꝫ igni
conſumet̄. Et ideo xp̄s vt acceptabi
le ſacrificiuꝫ fieret fuit qñtuplici ig
ne inflãmatus ſcꝫ igne diuinitatis.
Hebreoꝝ. x. Deus noſter ignis ꝯſu
mens ē In igne amoris Luce. xij. Ig
nem veni mittere ī terrã Igne dolo
ris Mat. xvi. Triſtis ē aīa mea vſꝫ
ad mortē Igne paſſionis pſ̄ Oſſa me
a ſicut cremiũ aruerũt Et igne ꝯpaſ
ſionis. Videns ei matrē ſic anguſtia
ri ⁊ ſic apl̄os diſpergi magno cepit ī
corde cōpaſſionis igne cremari. pſ̄.
Concaluit cor meũ intra me ⁊ c̄. Et
qꝛ iſto quintuplici igne fuit circum
datus Ideo a plãta pedis vſqꝫ ad v̄
cem capitis fuit inflãmatus Ezech.
xxviij. Ab aſpectu lũborum eius ⁊ d̄
orſum ignis. et a lumbis ei⁹ ſurſum
quaſi aſpectus ſplendoris viſio elec
tri. Terciũ remedium fuit decimaci
o Et iſtud incepit in abrahã ⁊ Mel
chiſedech. ⁊ durauit vſqꝫ ad xp̄m.
Sed tamē notandũ qꝫ ſunt decime t̄
rum Iſtas xp̄s nō ſoluit. qꝛ nihil ha
buit. Math. viij. Vulpes foueas hñt
⁊ volucres celi nidos ⁊ c̄. Et ſũt deci
me dieꝝ Iſtas xp̄s ſoluit quãdo. xl.
diebus ⁊ noctibus ieiunauit. Sũt d̄
cime p̄ceptoꝝ. De⁹ ei multa p̄cepta
homini dedit Decē autē ſibi retinuit
Iſtas eciã chriſtus ſeruauit ⁊ ſoluit.
qꝛ legē pfecte adimpleuit. Mat. vi
Nō veni ſoluere legē ſed adimplere
Sũt decime ordinũ De⁹ ei fecit nouē
ordines angeloꝝ ⁊ decimũ hominuꝫ
Chriſt⁹ ãt nouē oues ⁊ nouē ordīes
dimiſit in deſerto. i. ī celo ⁊ decimũ. i.
hoīeꝫ venit q̄rere ī mũdo ⁊ ip̄m tꝫ
decimã repſētauit prī ſuo. Qrtũ re
mediũ fuit circũciſio ⁊ iſtō xp̄s hodie
accepit cũ tñ nō idigēt In pccō nãꝫ
origiali q̄tuor ſũt ſcꝫ culpa. fomes
ꝑuatō grē ⁊ carētia viſionis diuine.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Jn circũciſione enĩ auferebaẗ culpa
noſtra. debilitabaẗ concupiſcentia.
cõferebatur gratia. tollebatur diui
ne viſionis carẽtia. Sed quia ianua
nõdum erat aperta. idõ ipſe nõ po
terat frui viſione diuina. Chriſtus
ergo ñ indigebat circũciſione. quia
ĩ ipſo nulla fuit originalis culpa. nec
in carne ſua aliquis fomes. vel aliq̃
concupiſcentia. nec habuit preuari
cationẽ. ſed plenitudinem gratie. e
tiam ĩ terra degens fruebatur diuiã
viſione Voluit tamẽ circũcidi vt ve
rum corp⁹ humanũ ſe aſſumpſiſſe oſ
tenderet Cum enĩ xp̃s fuerit ver⁹ de
us ⁊ verus homo Quidam tamẽ dix
erunt ipſum nõ fuiſſe deum. ſicut ar
riani Quidam ipſum nõ habuiſſe ve
rum corp⁹ humanũ ſed fantaſticũ
ſicut manichei. ideo iohãnes vtrũq̃
errorem excludẽs dt. i. Jo. v. Tres
ſunt q̃ teſtimonium dant in celo. pa
ter. verbũ. ⁊ ſpũs ſanctus. quia eĩ
xp̃s fuerit nature celeſtis. i. diuine
teſtimoniũ dat pater Cũ dixit Hic
eſt fili⁹ meus dilectus ⁊c. Teſtimo
nium dat filius. cũ ait. Ego ⁊ pater
vnũ ſumus Teſtimoniũ dat ſpirit⁹
ſanctus qui ſup ipſum in ſpẽ colum
be apparuit. ꝙ autẽ fuerit verus ho
mo Teſtimoniũ dat ſpirit⁹ aqua ⁊
ſanguis Ad cõpoſitionem eĩ hoĩs
duo requirũtur. ſcȝ anima rõalis et
corpus humanũ. ꝙ autẽ habuit aĩ
mam rõaleȝ pȝ ex eo ꝙ inclinato ca
pite tradidit ſpũm. Qd videns cen
turio ait dicẽs. Vere filius dei erat
iſte. ꝙ vero habuit verum corp⁹ huã
num. patet ex eo ꝙ ex corpore eius
exiuit ſanguis ⁊ aqua Et idõ poſtq̃
iohannes dixit Spiritus. ſubdit aq̃
⁊ ſanguis. Cum eĩ ad cõpoſitionem
corporis humani quatuor elementa
cõcurrant. ſcȝ terra. aqua. aer. ⁊ ig
nis Et ad vegetationẽ eiuſdem qua
tuor humores cõſimiles illis cõueniãt
videlicet. ſanguis. colera. fleuma.
melancolia. Jdõ vt veritateȝ humani
corpis iohannes demõſtraret vnũ ex
elemẽtis ſcȝ aquam. ⁊ vnũ ex humo
ribus ſciȝ ſanguinem aperte poſuit
vt ex hoc oſtenderet corpus xp̃i ex
quatuor elementis componi. ⁊ ex q̃t
tuor humoribus vegetari Quintũ
remedium fuit baptiſmus Eſt auteȝ
triplex baptiſmus quem chriſtus a
ſſumpſit. ſcȝ fluminis. ſanguinis ⁊
flaminis. Baptiſmũ fluminis acce
pit vt aquas ſanctificaret. Omnia
enim elementa erãt immunda. ſed
ipſe ſanctificauit. Terraȝ. ſcȝ per ip
ſam gradiendo. Aquam. ĩ ipſam ſe
baptiſari faciendo. Aerem non ſub
tecto ſed in aere patiendo. Jgnem
ſpiritum ſanctum ĩ ſpetie ignis mit
tendo Secũdo baptiſari voluit bap
tiſmo ſanguĩs. vt ſcȝ nos a peccatis
nr̃is lauaret. Apoca. i. Lauit nos a
peccatis noſtris in ſanguine ſuo. ⁊ i
bideȝ. Lauerũt ſtolas ſuas ⁊ dealba
uerũt eas in ſanguĩe agni. Ex quo
pȝ ꝙ ſanguis xp̃i habuit dalbare ad
inſtar lactis Lac eĩ dicit̃ ſanguis du
plicat̃. coctus ſcȝ igne amoris ⁊ dolo
ris Vere igit̃ ſanguis xp̃i ẽ ad ĩſtar
lactis q̃ nõ dupliciter ſed q̃druplicit̃
fuit excoct⁹. ſ. igne amoris doloris
paſſionis ⁊ compaſſionis De q̃b⁹ ſu
pra dictũ eſt. Tercio fuit baptiſat⁹
baptiſmo flaminis Luce. Jeſus autẽ
ſpũ ſcõ plenus regreſſus ẽ a iordaẽ
vt de ſua plenitudine nobis effunde
ret Jo. i. De plenitudĩe ei⁹ omnes
accepim⁹ Jn alijs eĩ ſanctis fuit pleĩ
tudo ad iſtar vaſis q̃ habuerũt gra
ciaȝ ſufficientẽ Jn beata virgine ple
nitudo ad ĩſtar fontis. q̃ habuit g̃
ciam iugiter emanãtem Jn xp̃o ple
nitudo ad inſtar fluminis. quia ha
buit graciaȝ omnibus affluentem.

Sermo. liij. De eodẽ feſto. ſ. in⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

VOcabitur nomen eꝰ emanu
el. Yſa. vij. Circũciſio ſcḋm
Ber. ꝑtinet ad veritatẽ hu
manitatis Nomẽ vero gloriã indicat
maieſtatis Habuit autem chriſtꝰ q̃
tuor noīa ꝓpria. ⁊ q̃tuor cognomia
¶ Propᷓa noīa ſunt xp̄s. ihesus. filius
dei. ⁊ emanuel Primũ ergo nomen
eꝰ eſt Jheſus qḋ interp̄tatur ſalus.
Ipſe eñ ſaluauit nos a pccō origina
li. mortali et venali. iō dr̄ Luc. i. Ip
ſe eñ ſaluũ faciet populũ ſuũ a pccis
eoꝝ Ad iſta tria pccā ſaluanda xp̄s
t̄plex vulnꝰ accepit. ſcꝫ vulnus late
ris vt ſaluaret originale pccũm. qꝛ
eua de latere viri eſt formata a qua
originale incepit. Vulnus manuum
vt ſanaret actuale. qꝛ in manibus o
ꝑatio deſignat̃. Vulnꝰ pedū vt ſa
naret veniale. qꝛ ꝑ pedes deſignãtur
affectus Secundũ nomẽ eſt xp̄s qui
interp̄tatur vnctus a prẽ vnctōe ca
riſmatis p̄s Vnxit te deus deꝰ ⁊ c̄. A
mrẽ vnctōe lacrimationis ſcꝫ in mor
te Tho. x. Flebat igit̃ eꝰ mater irre
mediabilibus lacrimis. ⁊ c̄. A mag
dalena vnctōe deuotionis Joh. xij.
Maria accepit librã vnguenti nardi
piſci ⁊ c̄ A iudeis vnctōe ſanguinis
Gñ xxxvij Tulerũt tunicã eꝰ ⁊ i ſag
uie edi quẽ occiderant tinxerũt Ter
ciũ nomẽ eſt filius dei Et qꝫ hoc nom
ſibi cōueniat multis modis oñditur
vt dicit Hilarius de triplici nomie.
Luc. i. Filius altiſſimi vocabitur. na
tiuitate qꝛ ex deo nō p̄t naſci niſi dˢ
Ps Ex vtero añ luciferꝫ genui te. na
tura. qꝛ eãdeꝫ cũ prẽ habuit naturã
Jo. x. Ego ⁊ pater vnũ ſumꝰ. Pote
ſtate. Jo. v. Quecũqꝫ pater fecerit.
hec ⁊ filiꝰ ſimiliter faciet Profeſſioẽ
qꝛ ꝓfeſſio ſiue ꝓteſtatio facta eſt a
prẽ de celo Mat. xij Tu es filius me
us dilectus Ab ap̄lo in mũdo Mat.
xvi. Tu es xp̄s filius dei viui. Ab an
gelis de paradiſo Luc. i. Hic erit mag
nus ⁊ filiꝰ altiſſimi vocabit̃. A demo
nibus de inferno Mat. v. Quid mic
hi ⁊ tibi iheſu fili dei ſũmi. Quartum
nomẽ eſt emanuel qḋ iterp̄tat̃ nobi
ſcũ deus Ipē eñ ē nobiſcum gñaliter
ꝑ potentiã Heb. i. Portãs omnia v̉
bo virtutis ſue ſpecialiter ꝑ grãm.
Mat̃. xviij. Ybi ſũt duo vel tres cō
gregati in noīe meo ⁊ c̄. Singularit̃
ꝑ nature vnionẽ Joh. i. verbũ caro
factũ ē ⁊ habitauit in nobis. Sacra
mentaliter ꝑ ſui corpis dimiſſionem
Mat̃. vl. Ecce ego vobiſcũ ſũ omni
bꝰ diebus ⁊ c̄ Secũdo habuit quatu
oꝛ cognoīa quoꝝ p̄mũ traxit a patᷓa
¶ Et ſic deus ē iheſus nazarenꝰ q̃ inter
p̄tatur flos. Ipē eñ floridus fuit ⁊ o
doriferꝰ. iuxta illud Gen̄. xxvij. Ec
ce odoꝛ filij mei ſicut odoꝛ agri plei
⁊ c̄ Ipē eñ tãq̃ in agro liliũ candens
in natiuitate: Can. ij. Ego flos cam
pi ⁊ liliũ conuallīũ Fuit viola liuida i
flagellatione Iſai. liij. Liuore eiꝰ ſa
nati ſumus Fuit roſa rubens in paſſi
one Ecci. xxiiij. Quaſi plãtatio roſe
in iericho Secũdũ cognomẽ traxit a
ꝓuincia Et dictꝰ eſt iheſus galileus
a galilea. Galilea nanqꝫ interp̄tatur
trãſmigratio Chriſtꝰ aſſũpſe ãt mor
talitatẽ quo ad corpꝰ. paſſibilitatẽ
quo ad aīaꝫ. multiplicẽ miſeriaꝫ quo
ad vtrũqꝫ Sꝫ in reſurrectōe trãſmig̃
uit de ipſa mortalitate ad immortali
tatẽ quo ad corpꝰ. De paſſibilitate.
ad impaſſibilitatẽ. quo ad animam
De miſeria ad gl̃am. quo ad vtrum
qꝫ Leo papa poſt paſſionem. infirmi
tas in virtutẽ. mortalitas i eternita
tẽ. cōtumelia trãſiuit in gl̃am. Ter
ciũ cognomẽ trãſit a parẽtela ⁊ pro
genie ſua Et ſic dictꝰ eſt iheſus filiꝰ
dauid Int̃ ceteras v̉tutes dauid ha
buit hūilitatẽ ⁊ pietatẽ ac grẽ pleni
tudinẽ Fuit filiꝰ dd̄ nō tm̄ carne ſed
moꝝ ſil̄itudinẽ Habuit eñ hūilitatẽ
Mat̃. xi. Diſcite a me qꝛ mitis ſuꝫ ⁊

hūilis cōrde Pietatē. Luc. xix videns
ciuitatē fleuit ſup illā ⁊c̄ Grē abun
dantiā. pſ̄ vnxit te deus d̄s tuꝰ oleo
leticie ⁊c̄. Quartū cognomē traxit
ab ip̄o euētu Et ſic dc̄us ē ihesus cru
cifixꝰ Mat. xxiij. Jheſū queritis naza
renū crucifixū. Pulchꝝ ei eſt cogno
mē qd̄ oñdit eꝰ victoriā ⁊ triūphum
qꝛ p̄ paſſionez d̄ demonibus triūpha
uit Colo. ij. Expoliās pricipatꝰ ⁊ po
teſtates ⁊c̄. qd̄ oñdit eiꝰ meritū. qꝛ
merito paſſiōis glꝫaz ꝛ̄ſurrectōis me
ruit. Phil. ij. Huiliauit ſemetipſuz
factꝰ obediēs vſqꝫ ad mortē. qd̄ no
bis p̄bꝫ exemplū vt ſi volumꝰ cū eo
regnare in celo. ſtudeamꝰ ꝓ ip̄o pa
ti in mūdo. i. Pet. ij. Chriſtꝰ paſſꝰ ē
ꝓ nobis relinquēs exemplū.

Sermo liiij. Eodē die ſer. q̄rtꝰ

Vocabitur nomē eꝰ magni ꝯ
ſilij āgelus ſūptū eſt yſa. ix.
Angelꝰ ei eſt nomē officij.
non nature. Chriſtꝰ ergo d̄r angelꝰ
nō q̄ꝓtuz ad naturā ſed q̄ꝓtū ad offi
ciū Notādum autē ꝙ chriſtꝰ habuit
q̄tuor noīa officialia. et q̄tuor noīa
cōmuīa Primū ē angelꝰ qd̄ ſibi com
petit ab officio nūciādi Hō quidem
afficiebat̄. circa vana. circa carnali
a ⁊ trena Et venit xp̄s ⁊ nobis ꝯtra
vana nuntiauit etna. i. Jo ij. Hec ē
ꝓmiſſio quā ip̄e pollicitus ē vitā et
nam Cōtra carnalia ānuntiauit ſpi
ritualia Ephe. i. Bñdixit nos i omi
bñdictōe ſpūali in celeſtibus in xp̄o
Cōtra carnalia ⁊ trena annuntiauit
celeſtia. vnde quoſdā obſtinatos re
prehendebat dicēs Jo. iij Si terrena
dixi vobis ⁊ nō creditis ⁊c̄ Secūduz
ē magiſter qd̄ nomē ſibi cōpetit ab
officio docēdi Docꝫ ei tres vtiles lec
tiones. de q̄bus d̄t Augꝰ Chriſtꝰ eſt
q̄ docet. audiamꝰ. timeamꝰ. ⁊ facia
mꝰ. Debemꝰ ei ip̄m audiē ſicuti ma
giſtꝝ diſcipuli. Yſai. l. Dedit michi
aurē vt audiā q̄ſi mgr̄ūm Timere ſi

cut dñm ſerui. Mal. i. Si ego dñs v
bi eſt timor meꝰ Jpſū honorare eiꝰ p̄
cepta faciēdo ſicut prēm filii Jbidez
Si pater ego ſū vbi eſt honor meus
Tercius ē medicus qd̄ nomē ſibi cō
petit ab officio ſanādi. homo fuerat
infirmatꝰ ex nimia cōmeſtione. quā
do ſcꝫ adā pomū vetitū comedit. Ec
cle. xxxvii. Propter crapulā multi
obierūt Ex corrupto ſanguine iſai.
i. Manus vrē ſanguine plēe ſūt Ex
nimia infrigidatione. iere. vi. Sicut
frigidā facit ciſterna aquā ſuam ⁊c̄
Ex ſupfluo ⁊ corrupto humore. Pſ̄
Corrupti ⁊ abhominabiles facti ſūt.
⁊c̄. Primā infirmitatē ſanauit p̄ di
ete obſeruationez. qñ. xl. diebus ie
iunauit. Secundā perminutionē. qñ
in pedibꝰ ⁊ brachijs pforatus fuit.
Tercio p̄ ſudorez qñ ſanguineum ſu
dorē effudit Quarto p̄ amare medi
cine ſumptionē. qñ vinū mirratuz ⁊
fel in cruce aſſumpſit. Quartum no
mē ē aduocatꝰ qd̄ ſibi ꝯpetit ab offi
cio aduocādi Allegat āt i ſua aduo
catioē dei inatā mīa; Jone. ij Scio qꝛ
tu deꝰ clemēs ⁊ miſericors es ⁊c̄. ho
mis mltiplicē miſeriā Gñ. viij. Sen
ſus ⁊ cogitatō huāni cordꝭ i malū ꝓ
na ſūt ab adoleſcētia ſua Et ſuiipiꝰ
ſcificatōez exhibitā. ioha. xvii. Opꝰ
ꝯſūmaui qd̄ dediſti mihi vt facerem

Scd̄o hūit q̄tuor nōia ꝯmunia vt d̄t
Yſid. Primū ē eloy. i. d̄s ē āt ſm̄ da
mē. idē qd̄ currere ⁊ fouē. ardē et cō
ſideraē. ip̄e ei in nobis currit et currē
nos facit p̄ opatōez ſollicitā. Ro. x.
Nō ē volētis neqꝫ currentis ⁊c. Fouz
dādo pſeuerātiā. Phil. ij. Deꝰ e q̄ o
perat̄ i nobis velle et pficē. Ardꝫ dā
do caritatē ignitā. Deut. iiij. Deus
noſter ignis ꝯſumēs ē Cōſiderat p̄ ſa
piaz ꝓfūdā Ecc. xxiii. Oculi dn̄i mul
topliꝰ lucidiores ſup ſolez Scd̄z nom̄
ē Adonai. i. dñs ſic ei d̄r Cyprianus.
Dñs dꝫ hrē trorez ordinatōez ⁊ aōre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Jere. x. Quis nō timebit te o rex gē
tium. Debet amari Math. xxij. Dili
ges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo.
Debet eꝰ ordinatio ſeruari. qꝛ ſapiē
ter ordinat vniuerſa Sap. vij. Jpſe
ſapiētie dux ē ⁊ ſapiētiū emēdator.
¶ Tercium eſt ſabaoth. i. oīpotens q̄uis
autē ſit oīpotēs. tria tn̄ ſūt que nō
pt Nō ei poteſt penitētiā vendicā denega
re. ij. Thi. ij. Negare ſeipſū non pt.
Nec poteſt inuito graciā afferre. ſic
Anſelmus ait Nec pt innocētez puni
re Geñ. xix. Feſtina ⁊ ſaluare. qꝛ nō
potero facere quicq̄ donec ingredi
aris illuc ¶ Quartū eſt helyon qđ eſt
excelſus Deus ei habet excelſū. ſapi
entie. potētie. ⁊ miſericordie Habet
autē homo humile īfirmitatis huāne
quo ad corpꝰ. ignorātie quo ad ani
maz. ⁊ multiplicis miſerie. quo ad v
trūq̄. Deꝰ ei de excelſo potētie reſpi
cit humile infirmitatis huāne dando
virtutē malo reſiſtēdi Phil. iiij Om
nia poſſū in eo q̄ me ꝯfortat. De ex
celſo ſapiētie reſpicit humile nrē ig
norantie dādo lumē cognoſcēdi Jo
han. i. Jlluminat omnē hominē ve
nientē in hūc mūdum De excelſo mi
ſericordie reſpicit humile nrē miſeri
e dādo effectū miſerēdi ps Quō mi
ſeret̄ pater filiorū Propter iſta tria
dicit̄ in. ps. Excelſus dominus ⁊ hu
milia reſpicit Licet ei ſit excelſus. p
potētiā. ſapiaz et miam. reſpicit tn̄
humilia ſcz infirmitatē humanaz. ig
norātiam et miſeriam.

¶ Sermo Lv. De eodē feſto. ſ. v

Vocatū eſt nomē eꝰ ieſus Lu
ce. ij. Jſtud nomen ieſus eſt
glorioſuz ſua ſublimitate. v
tuoſū ſua poteſtate. et delitioſuz ſua
ſuauitate Sublimitas ei eꝰ oſtēdit̄.
Phil. ij. Deus illū exaltauit ⁊ dedit
illi nomē qđ eſt ſup omne nomē ⁊ c̄
Jpſum q̄dem nomē habet in reuerē
tia deus. ideo dicit̄. qꝛ deꝰ exaltauit
illum Habet in reuerētia angelus.
vnde dr. vt ī nomine ieſu omne ge
nu flectatur celeſtiū. habet in reue
rētia ⁊ timore diabolus ideo dr Jnfer
noꝝ. habet in reuerētia creatura ir
rationalis. ideo dicit̄ terreſtriū. ha
bet in reuerētia creatura ſcz rōalis
ideo dicit̄ Et oīs lingua cōfiteatur.
qꝛ dominꝰ ieſus xp̄s ī glīa eſt dei pa
tris ¶ Secūdo eſt virtuoſū ſua poteſta
te cuiꝰ virtus notat̄ Marci. vlt. in no
mine meo demonia eiciētur ⁊ c. Deꝰ
q̄dem volēs infirmitatē nrām ſanaē
Primo radices huiꝰ infirmitatis per
hoc nomē euellit Aufert etiā radicez
ſuperbie. iō dicitur. Jn noīe meo de
monia eiciēt. Demō ei eſt rex ſuper
omnes filios ſupbie. vt dr Job. xli.
Aufert ei radicē auaritie. ideo ſerpē
tes tollent. Auarꝰ ei ad inſtar ſerpē
tis terrā comedit Aufert radicē lux
urie. ideo dicit̄ Et ſi mortiferuz quid
biberit eis nō nocebit. ⁊ c. Luxuria
ei totū hominē venenat Juxta illud
Prouer. xxiij. Sicut regulꝰ venena
diffūdet. Ablatis radicibꝰ infirmita
tis ſanāt̄ accidentia q̄ cōſueuerūt re
manere poſt īfirmitatē ſicut languor
⁊ ponderoſitas ad bonū. ideo ſubdit̄
Sup egros manus imponēt et bene
habebūt. Deinde totus homo renoua
tur ⁊ ad ſtatū priſtinū perducitur J
deo ſeq̄tur Linguis loquētur nouis
¶ Tercio ē delitioſū ſua ſuauitate. De
lectat naq̄ guſtū ſua dulcedie Siq̄s
bolū in ore ſuo hēret q̄ ex omni pte
melle circūdatuz eſſet multam dulce
dinem ſentiret Jſtud nomen ieſus
triplici dulcedie ē inuolutū. ſcz dulce
dine diuinitatis carnis ⁊ aīme Jſte
enim tres ſubſtātie dulciſſie ſunt in
chriſto q̄bus nomē ieſus ē inuolutū
Et iō ſuaue ē atq̄ dulciſſimū ¶ Scđo
delectat auditum per melodie ſuaui
tatem. Sonus naq̄ melodie cōſur
git ex flatu in vas muſicum Flatꝰ ē

diuinitas. vas muſicuz eſt corp9 do
minicum Et ex hac duplici natuā di
uina ſciz ⁊ humana ↄſurgit tanq̄ ſo
nus muſicus hoc nomē iheſus qd ſpū
alez auditū delectat Ber. Iheſus in
ore mel. in aure melos ⁊ in corde iu
bilus Tercio delectat viſū p ſpeciei
amenitatē Ocul9 nō dlectat̄ circa co
lores extremos ſc; albū vel nigꝝ. ſ;
circa medios colores. Color albus q̄
eſt viſus diſgregatiu9. eſt ipſa diui
nitas ad cui9 aſpectū oculus cordis
nō p̄t aſſurgere p̄ ſue lucis immēſita
te Color niger ē humanitas ei9 i paſ
ſione nimiū denigrata. Ad cui9 aſpe
ctuz oculus nō p̄t aſſurgere p̄ nimia
ↄpaſſione. ideoq3 xp̄s quoddā tpam
tum fecit ⁊ nomen iheſus ſibi imponi
voluit qd eſt quaſi color medi9 ex al
bo diuinitatis ⁊ nigro humanitatis
cauſat9 cum ſibi cōpetat rōe vtriuſq3
nature Quarto delectat olfactum p̄
odoris magnitudine In xp̄o nāq3 fu
erūt tres ſpēs aromatice. ſ. balſama
mū. nature diuine. cinamomū deuo
te aīe ⁊ mirra carnis mortificate Ec
cle. xxiiij. Sicut cinamomum ⁊ balſa
mū aromatizans Ex his conſurgit a
romaticus ſc; hoc nomē iheſus qd eſt
ↄditū balſamo dīnitatis precioſe Ci
namomo deuote aīme ⁊ mirra carnis
mortificate Quīto delectat tactū p̄ ſu
i mollitie ⁊ lenitate. Tact9 nō delec
tatur circa dura ſed mollia. nec circa
aſperā ſed mānſueta. nec3 circa rigida
ſed flexibilia Olim de9 erat dur9 ad
iſerēdū iuſticiā Sap. xi illos tāq̄ du
r9 rex īterogās ↄdenaſti Erāt rigid9
⁊ inflexibil' ad veniā Habebat aſpe
ritatē pſeueritatē nimiā Iob. xx. Mu
tat9 es michi i crudelez. S; mō xp̄s ē
vnct9 Ps̄ Vnxit te de9 de9 tu9 oleo
leticie pre conſortibus tuis ⁊ c̄. Et i
deo factus ē mollis ad miſericordiaz
flexibilis ad veniam. mitis ad gratiā
Ser. l vi. De epiph. dn̄i ſer. i.

Ecce magi ab oriēte venerūt
⁊ c. Mat. ij. Chriſtus i hunc
mundū venit vt regnū ſuuz
reciperet. et diabolū inuaſorez eice
ret Io. xij. Nūc iudiciū ē mūdi. nūc
princeps h9 mundi eicietur foras ⁊
iō milites ſue curie ſcz angeli ad ip̄z
venerūt vt ſibi grās agerēt dicētes
Gloria in altiſſimis deo ⁊ c̄. Deide vi
ſitauerūt eū populares .i. paſtores.
vt e9 dominū recognoſcerēt Hodi
e viſitauerūt eū pricipes et baroēs
vt ſibi fidelitatē facerēt et munera
offerrēt. iō dicit̄: Ecce magi venerūt
⁊ c̄. Circa iſtos magos tria ponunt̄.
Primo eoꝝ ſapientia. Dicunt̄ eī ma
gi a ſapiā Nā grece philoſoph9. he
braice ſcriba latine ſapiens pſe ma
g9 notat̄. Eoꝝ āt ſapia in hoc appa
rz q2 xp̄m ſapient̄ qſiuerūt. ex eo ſc;
q2 habuerūt deſideriū in q̄rēdo ſtu
diū in īterogādo et mānſuetū aīm in
acq̄eſcendo. et q2 iſta habuerūt. iō
chriſtū inuenire meruerūt Magnū
ei deſideriū habuerūt q2 ſingul' āniſ
ſup montē victorialem aſcendebāt
et deuz vt ſtellaz a balaam ꝓpheta p̄
dictā eis oſtenderet exorabāt Sap.
vi. Preoccupat q̄ ſe cōcupiſcunt vt
ſeſe illis prior oſtēdat Secūdo habue
rūt ſtudiū in īterogādo dicentes v
bi eſt q̄ nat9 eſt ⁊ c interrogauerūt
eū a ſapientib9 ſcz legis doctoribus
Thob. iiij. Cōſiliuz ſemp a ſapiente
pq̄re. iō magi vt ſapiētes īteroga
uerūt i ihrl'm vbi erāt ſcribe ⁊ legiſ
doctoēs d reutili ⁊ neccīaria n̄ curioſa
Ec̄ vij ne dicas q̄d putas q2 priorā tpa
melioā fuerūt q̄ nūc ſūt ⁊ c̄ Et īter
rogauerūt aīo iuemēdi ⁊ addiſcēdi
n̄ tēptādi. vn̄ dr̄. Mat. xxij interroga
uit eū vn9 legis doctor tēptās eū ⁊ c̄
Tercio habuerūt mānſuetum animū
acquieſcendo Triplex enim inſtruc
tio facta eſt eis vna a celo per ſtellā
Alia ab homine per prophetam.

Tercia a deo ꝑ reuelationē internā
Acq̄euerūt ergo ſtelle ei⁹ ducatum
ſequētes ꝓphetie locū querētes ⁊ in
ſpirationī diuine ad herodez nō reuē
tentes Sed multi ſūt qui inſtructioī
bus creaturaꝝ nō acq̄ſcunt. cuz tñ
dicat̄ Roma. i. Inuiſibilia dei a crea
tura mūdi ꝑ ea que facta ſunt intel
lecta ↄſpiciunt̄ Et verba dei cōtemp
nūt Prou. i. Sapiētiam atq̄ doctri
nā ſtulti deſpiciūt ⁊ diuinā īſpiātoeꝫ
extinguūt. i. Thi. v. Spm̄ nolite ex
tinguē Scdo ponit̄ eoꝝ ſollicitudo ⁊
diligētia cū dr̄ Ab oriēte venerūt Je
ro Voluit āt ds̄ ꝑmitias gētiū vocaē
poti⁹ ab orēte q̄ ab alia regioē Ex
eo ꝙ regio oriētal' erat odioſa ac im
mūda ⁊ maledcā Odioſa q̄dē eāt ex
eo ꝙ ibi orta erat prima ꝑuaricatio
Voluit ēgo ds̄ vt ibi fueāt pricipiū
ñoſtre ꝑuaricationis inde ꝓdiret in
gentib⁹ principiū noſtre viuificatio
nis Hinc eſt ꝙ dñs in cruce poſitus
dorſum habuit verſum orientē vt a
it Dam̄. li. iiij. Ad ſignificādū ꝙ cul
pam ibi ↄtractā poſt dorſū poſuerat
nec vlteri⁹ ipſius recordari volebat
Secūda eāt immūda. quia fuit ꝑma
effuſione ſanguinis .ſ. abel fedata ⁊
per fumū incenſoꝝ ydolatriaꝝ macu
lata Et iō voluit de⁹ vt que immun
da fuerat ꝑ effuſionē ſanguis mūda
retur ꝑ apparitionem noui ſideris .
Hinc ē ꝙ dñs in celū aſcendēs ad o
rientē aſcēdit. iuxta illd̄. ps̄. Quis
aſcēdit ſup celuz celi ad orientē vt ꝑ
ſacram aſcēſionez ſui corporis mūda
retur infectō aeris. Tercio erat ma
ledicta. qꝛ prima maledictō ibi fuit
data quādo dixit Gen̄. i. Maledcā
terra in ope tuo. Voluit igit̄ deus
vt vbi ortū habuit maledictō ꝑma
ibi orietur gētibus ꝑma benedictio
Hinc eſt ꝙ licet iudei adorent ad oc
cidentē Sarraceni ad meridiez Chri
ſtiani ad oriētez ex eo ꝙ prima bene
dictō grē inde venit Sap. xvi. Opor
tet ꝑuenire ſolē ad benedictōez tuā
⁊ c ¶ Tercio ponit̄ aduent⁹ ipſoꝝ cā
motiua cū dr̄. vidimus eni ſtellā e⁹
in oriente Circa qd̄ notāduz ꝙ quat
tuor aduenīēduz moti ſūt ¶ Primo ꝑ
ſtellam apparētez. videbāt eī ipſam
ab aliis differre ſitu. qꝛ nō erat ī fir
mamēto cū fixis. nec in ethere cū ce
teris planetis. ſed in aere viciua ter
re In motu. qꝛ ſcḋm Dam̄. qñq̄ moue
bat̄ ab oriētē in occidentez. qñq̄ ex aq̄
lone in auſtrū. ⁊ quādoq̄ ab oriēte
in meridiem. ⁊ a meridie in aq̄lonē
Sic em̄ ſecundū Cri. Jacet paleſtina
reſpectu perſidis In luce. quia lucē
ſuam non poterat ſolis claritas ob
umbrare ſꝫ in illuminationis tempore.
qꝛ non ſolum in nocte ſed etiam ī di
e lucebat In illuminationis interpo
latione quia quādoq̄ occultabatur
⁊ quādoq̄ apparebat cuꝫ alie ſtelle
non occultent̄. niſi per extrinſecū im
pedimentū ¶ Secundo moti ſunt ad ve
nienduz per angelum imperātem.
Auguſtin⁹ in ſermone Si dictur⁹ es
A quibus magi audierunt. ꝙ talis
ſtella pueꝝ natum ſignificaret ꝑfec
to ab angelis aliqua monitione re
uelationis. ⁊ ſubdit. Potuerunt il
lis angeli dicere Ite ⁊ adorate eum
vbi natus eſt ⁊ ſimul iudicate. qua
lis quātuſq̄. ⁊ qui natus ſit ¶ Tercio
moti ſunt ad veniēdum ꝑ pueꝝ allo
quentē. Naz ſicut refert Cri. Magis
ſupra montē exiſtentibus ſtella hñs
formam pueri paruuli in cuius capi
te erat crux ad eos deſcendit. eiſq̄
dixit vt in iudeam ꝑgerent ⁊ ibi na
tum pueꝝ inuenirēt ¶ Quarto mo
ti ſunt ad veniēdum per diuinā īſpi
rationē reuelātē. vñ dt̄ leo Pret̄ illā
ſtelle ſpēz q̄ corporeū incitauit obtu
cū fulgētior veritatis radi⁹ eoꝝ corda
ꝑdocuit Ser̄. Profecto q̄ magos ad
duxit ipe ⁊ īſtruxit ⁊ q̄ ꝑ ſtellā foris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

amouit ipſe in occulto corda eddocuit
Iſti ſunt q̄tuor nuncij per quos xp̄s
nos ad ſe vocat ſcz p̄ predicatorum
inſtructionē Iſti ſūt angeli dei ꝑ ſu
e gracie oblationē Iſta ē ſtella dei ꝑ
interiorē admonitionem Iſta eſt in
ſpiratio dei ꝑ ſue paſſionis memora
tionē Iſta ſignificatur p̄ puer dei q̄
in capite crucē gerebat. Sed tamen
multi ſunt adeo obſtinati ꝙ ad ipſuȝ
venire cōtēnunt Vnde ait. puer. i.
Vocaui p̄ meos nuncios ammonen
do ⁊ rēnuiſtis Extendi manū meam
ſcz ī crucē ⁊ fuit q̄ n̄ aſpiceret Deſpe
xiſtis omne cōſiliū meū. i. inſpiratio
nē meā. et increpationē meā negle
xiſtis. i. grām q̄ vrā vitia arguebat.

Sermo lvij Eodeȝ die ſermo 29

Ecce magi ab oriēte venerūt
⁊ c. Aduent⁹ magoꝝ deſcri
bitur quantuȝ ad tria. Pri
mo quātū ad locū. cū dicitur. Ab ori
ente venerūt ⁊ c̄ In oriente q̄deȝ or
tum habuit peccatuȝ inuidie. q꞉ ca
yn ex inuidia occidit abel fratrē ſu
uȝ Peccatū auaritie q꞉ cū cayn debe
ret offerre munera ſpicas corroſas
ſibi obtulit Ibi etiā ortū habuit cō
fuſio lingue Sed iſti beati magi in o
riente geniti cōtra viciū inuidie ha
buerūt mutuā caritatē q꞉ concorditē
⁊ amicabiliter venerūt. ſecundū tn̄
eccie rep̄ntationē vnus erat adoleſ
cens Alius vir. Terci⁹ ſenex Adole
ſcentes ei cōſueuerūt eſſe temerarij
⁊ preſumptuoſi. Viri vero viri ſuper
bi ⁊ ambitioſi Senes iracūdi et aua
ri ac ſuſpicioſi Fuit ergo mirꝝ ꝙ iſti ī
q̄bus erat tanta moꝝ diuerſitas ſic
pacifice venerūt. pſa. xi. vitulus leo
⁊ ouis ſimul morabunt̄ et puer puu
lus minabit eos. Per vitulū ſignifi
catur adoleſcens laſciu⁹ Per leonē
vir ſup̄bus. p̄ ouē qui habet anheli
tum fetiduȝ ⁊ paucitatē dentiū ſenex
intelligit̄ Iſti cōcorditer morati fue

rūt ⁊ puer p̄uus in cunabilis exiſtēs
eos ad ſe benigne minauit Secūdo
cōtra pecūm auaritie habuerūt libe
ralitatē. vnde dr̄ Apertis theſauris
ſuis ⁊ c̄. Nō ei eos aperuerūt herodi
diuiti. ſed xp̄o paup̄i. nec in via. ſed
cū ad xp̄m p̄uenerunt. q꞉ nō ſūt ali
qua dāda ꝓpter apparentiā. ſed ꝓpt̄
laudem dei ſeu diuinā. Nec dederunt
vilia ſed precioſa. q꞉ theſauros Ter
cio cōtra cōfuſionem lingue habue
runt lingue vniformitatē. nō ei vari
auerūt. ſed vna et concordi lingua
dixerunt. venimus adorare euȝ Et
tn̄ multa impedimēta retrahentia e
is occurrerūt ne ipſum quererent ł
adorarent ſcz difficultas itineris A
miſſio ſideris. timor regis vilitas na
ſcentis. pauptas ⁊ penuria matris.

Secūdo deſcribit̄ aduent⁹ magoꝝ.
q̄ntum ad ducatū. cū dr̄. vidim⁹ ſtel
lam e⁹. voluit autē dominus natiui
tatē ſuaȝ potius p̄ ſtellam q̄̄ p̄ aliam
creaturā reuelare. Et hoc ex tripli
ci racione Primo vt incarnatōis mi
ſterium oñderet Stella ei eſt corp⁹
celeſte a luce ſolis irradiutaȝ. lux ſo
lis ē diuinitas que tunc corpus irra
diauit quādo ſe carni vniuit Et quo
niā ſolē nō poſſum⁹ in ſe reſpicere.
videmus ei⁹ lucē in ſidere. in nube.
⁊ in monte. Lux igit̄ diuinitatis cor
pori ſe vniens a nobis videt̄ tanq̄̄ ī
ſidere Apo. xij. Ego ſū radix dauid.
ſtella cādida et matutina. tanq̄̄ in
nube. Iſa. xix. Aſcendit dominus
ſup̄ leuē nubē ſcz ſup̄ carnem a pcci
pōdē imunē. tanq̄̄ in mōte. iſa. ii Erit
in nouiſſis dieb⁹ p̄pat⁹ mōs do⁹ dn̄i
⁊ c̄. ſcda rō ē vt lingua celi ſibi teſti
moniū p̄hibēt Eſt ei q̄druplex ligua
ſcz dīna āgelica hūana et celeſtis Lo
cuta igit̄ fuit lingua dīna dicēs pſ.
Fili⁹ me⁹ es. t⁹ ego ⁊ c̄ Ligua āt āge
lica cū dixit. luc. ii. Nat⁹ ē vobis ho
die ſaluator et. lingua hūana dicēs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Aug⁹· Quid erat illa ſtella niſi mi
rifica lingua celi q̃ narraret gl'az dei
¶ Tercio rõ eſt vt magos p ſenſibilia
ad diuina manuduceret Nã ſm dioniſi
uz Triplex ẽ ordo aſcẽdendi in deuz
ſcz per ſenſibiliũ manuductionẽ qꝛ p
intellectualiũ operationẽ ⁊ per imme
diataz viſionẽ· Magi ergo primo viſi
ſunt ſenſibili ſtella· deinde intellectu
ali ⁊ ſpirituali ꝓphetia Tãdez imme
diate chriſti p̃ſentia Tercio deſcribi
t eoꝝ aduẽtus quãtuz ad finez inten
tum· cũ dr Et venim⁹ adorare Ado
rauerũt ipſum corde· qꝛ veraz de ip
ſo fidẽ hũerũt Ore· qꝛ ipſuz re gez de
um ⁊ hõiez cõfeſſi fuerũt Corpe· qꝛ ã
te ipm ſe ꝓſtrauerũt· Et opere· qꝛ p̃
cioſa munera ſibi obtulerũt·

¶ Sermo· lviij· De eodẽ feſto· ſ· i·

Vidim⁹ ſtellaz ei⁹ in oriente·
⁊ c̃ De iſta ſtella quinqꝫ legũ
tur Primũ ẽ ei⁹ apparitio qꝛ
magis in oriẽte apparuit Notãdum
autẽ ꝙ in chriſti natiuitate q̃dã ſtel
la apparuit in aere ſicut iſta· de q̃ di
cit hic Que nõ erat in firmamento
cũ fixis· nec in ethere cũ planetis· ſ
in aere ꝓxima terre Quedã appar
it in mõte· qꝛ ſm narrationez Criſ·
Magis in mõte exiſtẽtib⁹ quedam
ſtella in forma pueri ad eos deſcen
dit Quedã apparuit in circulo aureo
ſcd'm narrationẽ Horoſij et innocẽ
tij· Quedã apparuit in celo· qꝛ ſicut
refert Albumaſar· quedã puella in
celo apparuit q̃ pueruz in vlnis tene
bat Et ſenex iuxta eã erat qui eaz ñ
tangebat· q; pueꝝ chriſtiaĩ· vt idez
ait deum ſuũ eſſe dicũt Per ſtellã er
go grã dei ſgficat que apparuit in a
ere· in mõte· in circulo· ⁊ in celo· A
er enim eſt medi⁹ inter celum ⁊ terrã
p quem ſignificãtur illi qui nec in ce
lum aſcendunt per ſuperbiã ⁊ preſũ
ptionem neqꝫ deſcẽdunt in infernuz
p̃ nimiũ iordinatũ timorẽ· ſ ſtãt· in
medio per ſpem ⁊ dei amorem Et in
talibus gratia dei apparet Ezec· viij
Eleuauit me ſpũs inter celũ ⁊ terrã
Et hoc ſignificãdum homo fact⁹ eſt
medius· fecerat de⁹ creaturã corpo
ralem ⁊ ipſam in terrã ꝓſtrauit· Fe
cerat purẽ ſpũalem que ſe nimis ele
uauit Ideoqꝫ fecit hominẽ ex vtra ꝫ
natura cõpoſitum· ſcz corporalem
⁊ ſpũalem ne aut nimis eleuet̃ per p̃
ſumptionẽ· aut nimis ſe deiciat perti
morẽ· ſed in medio maneat per ſpẽ
⁊ dei amorez Secũdo apparuit ſtella
id ẽ diuina grã in mõte id eſt in mẽ
tis ſanctis qui ſũt eleuati per vite p
fectionem Prouer· xiiij· Juſticia ele
uat gẽtem Magni p iuſtificationez
Roma· viij· Quos autẽ iuſtificauit
hos ⁊ magnificauit Et cõſpicui per
exempli exhibitionem Mat· v· Non
poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ
poſita Tercio apparet in circulo· for
ma circularis ẽ pulchra· ſimplex ⁊ am
pla· Jlli ẽgo ſũt forma c̃cularis q̃ ſũt
pulchri per puritatẽ· Simplices per
rectã intentionem· ⁊ lati per carita
tẽ· Quarto apparuit in celo· id ẽ in
his q̃ ſunt celeſtes p cõuerſationem
de quoꝝ numero erat apoſtolus qui
dicebat Phil'· iij· Noſtra conuerſa
tio in celis eſt ¶ Secũdum ꝙ de iſta
ſtella legitur eſt e⁹ occultatio Fuit
enim ad temp⁹ occultata ex diuina p
uidẽtia vt ipi iheruſalez cogerent̃ in
trare· ⁊ a doctorib⁹ inquirerevt ſic
in ore duoꝝ vel triuz ſtaret omẽ ver
bum Pri⁹ teſtis fuit apparẽs ſtella·
Secũd⁹ inſinuata ꝓphetia· Tercius
reuelatio diuina cũ dicit̃ Reſponſo
accepto in ſomnis Jſti autẽ tres nõ
potuerũt fallere neqꝫ falli· ſciz nec
ſtella· quia ad hoc a deo fuerat miſ
ſa· nec ꝓphetia· qꝛ ab incõmutabili
veritate fuerat inſpirata· nec reue
latio diuina· quia immediate a deo
fuerat infuſa· ¶ Notandum autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

ꝙ hec ſtella ī oriēte ⁊ occidentē.i.to
ime fuerat viſa. in medio occultata
eſt.i.in iheruſalē que i medio terre
habitabilis dicit̃ eſſe ſita Oriens et
occidens ſignāt natiuitatē ⁊ mortem
Mediū autē vitā Cōſideratio autez
natiuitatis ē cauſa humilitatis. Hui
litas autē eſt introductiua grē. i. pe
t̃. v. Humilibus āt dat grām Conſi
deratio autē mortis ē cauſa timoris.
Timor autē ē expulſiu⁹ culpe Ecci.i.
Timor dñi expellit peccatū. Conſide
ratio autē longioris vite ē cauſa ſu
pbie ⁊ vane fiducie Job.xv. Cūctis
diebus ſuis impius ſuperbit. ⁊ nume
rus annoꝝ ⁊c. Et ſic patet ꝙ in oriē
te ⁊ occidentē.i.in cōſideratione nati
uitatis ⁊ mortis ſtella.i.dei grā īfun
ditur. In cōſideratione medij occul
tat̃. Terciū qd̃ de iſta ſtella legitur
eſt e⁹ anteceſſio. vñ dr̃. Anteceđebat
eos. Habuerūt ei magi tres ducto
res ſcz ſtellā. v̓tutē angelicā. ⁊ ſpiri
tus ſci pñtiam Vñ eciā vt narrat re
migius Quidā dixerūt ipſaz ſtellam
fuiſſe angelū. Alij ſpūm ſcūm qui in
ſpē ſtelle apparuit. Qui ergo vult
ad xp̄m ire oportz ꝙ ducat̃ a diſcre
tione bene illuminā te. ⁊ iſte eſt duc
tor ſidereus Prou.iiij. Palpebre tu
e p̄cedāt greſſ⁹ tuos A timore filiali
bene humiliante Et iſte ē ductor an
gelicus Sicut ei angelus dat⁹ ē homi
ni ad cuſtodiam. ſic timor cuſtodit.
Ecci.xxvij. Si nō in timore domini
tenueris te. ſtatim ſubuertet̃ dom⁹
tua Et ab amore dei bene inflāman
te. et iſte ē ductor diuin⁹. ſcz ip̄a ca
ritas .i.Corin.xij. Adhuc excellentio
rem viā vobis demōſtro. ⁊c. Mali
autē ducunt̃ ab errore male excecā
te Sap.ij. Excecauit eos malicia eo
rum A timore ſeruili male humilian
te Ps̃ Ibi trepidauerūt timore vbi
nō erat timor. Ab amore carnali ma
le inflāmante Ps̃ Supercecidit ignis

⁊ nō viderūt ſolē Quartū qd̃ de iſta
ſtella legit̃ ē e⁹ motio cū dr̃ Vſqꝫ dū
veniens Cetere ſtelle mouentur mo
tu circulari. veloci. ꝓpo. et violento
Mot⁹ autē h⁹ ſtelle ñ fuit circulāis
vel ſpericus. ſed quaſi linialis ⁊ rec
tus. ſecundum. dam̄. nec fuit velox
nec rapidus ſed dulcis et tēperatus
Aug⁹. vt xp̄o ſtella plenum reddat
obſeq̄um. tēperat gradū. donec ma
gos ducat ad pueꝝ. nec fuit violen
tus vel ꝓprius ſed a diuina prouidē
tia ordinatus Criſo. Cum oportebat
ire magos ibat. quādo autē ſtare o
portebat. ſtabat. Nos eciaz nō debe
ri motu circulari p amorē mūdanuz
qꝛ in circuitu impij ambulāt ſed mo
tu recto p amorē diuinū Cant.i. Re
cti diligunt te. nec motu rapido per
indiſcretū feruorez. ſed cū tpamen
to per diſcretionez Pro.xiij. Sbſtan
tia feſtinata minuet̃. ⁊c. Nec motu
ꝓprio ſed a deo ordinato. qꝛ nō debe
mus ſeq̄ ꝓpriū ſenſuz ſed dei benepla
citum Ecc.xviij. Poſt cōcupiſcenti
as tuas ne eas. Qntū qd̃ de iſta ſtel
la legit̃ eſt e⁹ ſtatio. cum dr̃. Staret
ſupra Grā ei dei p ſtellā ſignificata
animā ſtabilē facit Primo qꝛ cōiun
git eam vni nō diuiſo ſcz deo pſa.li.
Vnū vocaui eū. pſ̃ vnū pecij a dño
hāc requirā Secūdo ſtabili et etno
Aug. in li. confeſſi. Redite p̄uarica
tores ad cor. et inherete illi qui fecit
vos. ſtate cum eo ⁊ ſtabitis. Requi
eſcite cum eo et ſecuri eritis Ter
cio vniuerſaliter perfecto. Mathe.v
Eſtote perfecti ſicut et pater veſter
celeſtis perfectus eſt. Quarto fini vl
timo. Auguſtin⁹ de ciuitate dei Ipſe
eſt finis deſideriorum noſtroruz qui
ſine fine videbitur. Sine faſtidio a
mabitur. ſine fatigatōe laudabitur

Sermo Quinquageſimus non⁹
Eodem die Sermo quartus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Sermo lix. Eodē die Ser. quartꝰ

Ecce ſtella quā viderāt magi in oriēte āñcedebat eos ⁊c.

Stella iſta ad tria fuit a deo miſſa. ſ. vt eſſꝫ xp̄o in obſeqū. vt eēt magis in ducatū. vt eſſꝫ ipis ⁊ nob̄ i gaudiū Fuit nāqꝫ xp̄o in obſequm. nō infatū. vñ dr̄ Vſqꝫ dū veniēs ſtaret ſupra vbi eāt puer Fulgētiꝰ chriſto ſtella p̄buit obſequiū ñ imperiū Augꝰ. Nō ideo xp̄s ē natꝰ qꝛ illa ſtella extitit. ſed illa extitit. qꝛ chriſtꝰ ē natus Vñ ſi dici opteret. nō ſtellaꝫ chriſto. ſed chriſtū ſtelle fatū fuiſſe diceremꝰ Gre. Dū non puer ad ſtellā. ſed ſtella ad pueꝝ cucurrit ſi dici licuit. nō ſtella fatū pueri. ſed fatuꝫ ſtelle his q̄ apparuit puer fuit Cōſtellationes ei vel ſigna ſub q̄bus aliqui naſcunẗ neceſſitatē inferri non pn̄t. qꝛ nati ſub eodē ſigno ſūt ſepe diuerſoꝝ moꝝ. diuerſoꝝ officioꝝ. diuerſaꝝ conditionū. ꝙ ei ſunt diuerſoꝝ moꝝ. dicit Gre. i omel. Cū vno tēpore eodemqꝫ pene mometo Jacob ⁊ eſau mater fuderit ñ vna vtriuſꝫ vite q̄litas fuit. ꝙ ſūt diuerſoꝝ officioꝝ dicit idē Fateri etiā. mathematici ſolēt. ꝙ q̄ſq̄s in aquarij ſigno naſciẗ piſcatoris miniſteriū ſortiatur. Piſcatoris officiū vt ferẗ. Gethulia nō habꝫ Rurſus quos ſb̄ ſigno libre naſci aſſerūt Trapezetas futuros dicūt Et trapezetas multaꝝ gētiuꝫ ꝓuincie ignorāt. ꝙ v̄o ſunt diuerſaꝝ ꝯditionuꝫ. dicit ideꝫ. Gre. Jn pſaꝝ francoꝝ qꝫ terra reges ex genere ꝓdeunt. quibꝰ ꝓfecto naſcētibꝰ quis eſtimet q̄nti eiſdeꝫ momētis horaꝝ ac tēporibꝰ ex ſeruili ꝯditione naſcunẗ ⁊ tñ regū filij. vno eodēqꝫ ſidere ⁊ ſideꝝ eodē mometo cuꝫ ſeruis nati ad regnū ꝓficiūt cū ſerui q̄ ſecū fuerunt geniti i ſeruitute moriātur Secundo ſtella fuit magis in ducatu. qd̄ notaẗ cū dr̄ Āñcedebat eos Circa qd̄ notandū ꝙ dū filij iſrahel in terrā ꝓmiſſionis ꝑgerent quatuor habuerunt ductores. ſcꝫ columnā nubis ꝑ diē. ⁊ columnā ignis ꝑ noctē. Angelicā cuſtodiaꝫ Exod. xxiij. Ecce ego mittaꝫ angeluꝫ meū q̄ precedet te ⁊c̄ Et diuinā ꝓſidentiā Exod. xxiij. vbi cuꝫ diceret dn̄o moyſes. Si nō tu ip̄e p̄cedas ne educas nos de loco iſto. ait dn̄s Et verbū iſtud qd̄ locutꝰ es faciaꝫ ſcꝫ te p̄cedā Magi ſimiliter eūtes ad chriſtū. habuerūt columnā igneaꝫ. i. ſtellaꝫ fulgidaꝫ. yſa. lx. Ambulabūt gentes i lumine tuo ⁊c̄ Habuerūt columnā nubis. i. ꝓphetiā. qua dictū fuit Et tu bethleeꝫ terra iuda ⁊c̄ Et diciẗ ꝓphetia nubes ꝓpter obſcuritateꝫ p̄s. Tenebroſa aq̄ i nubibus aeris. i. obſcura intelligētia in ꝓphecijs Habuerūt āgelicū miniſteriuꝫ. qꝛ ſcḋm beatū Augꝰ Angeli eis apparētes dixerūt. ꝙ illa ſtella natū xp̄m ſignificabat. ⁊ ꝙ i iudeā ꝑgerēt ⁊ natū pueꝝ inuenirēt Habuerunt diuinū ꝓſidiuꝫ. qd̄ eos ab oībꝰ periculis ꝯſeruauit vñ dr̄ Reſpōſo accepto in ſomnis ſcꝫ a deo ne redirēt ad herodeꝫ ⁊c̄ Si ergo ad xp̄ꝫ voluꝰ ꝑgere neceſſe eſt vt hos q̄tuor ductores habeamus ſcꝫ columnā ignis. i. ſpūm ſanctū dirigētem. p̄s. Spiritꝰ tuus bonꝰ deducet me in terrā rectaꝫ ⁊c̄. Columnaꝫ nubis. i. ſermonē diuinū refrigerāteꝫ Eccl. xviij. Nōne ardoreꝫ refrigerabit ros Sic ⁊ verbū eiꝰ meliꝰ ꝙ datū Angelū dei cuſtodientem p̄s Angelis ſuis mādauit de te. ⁊c̄ Et deuꝫ in ōmibus ꝯſeruāteꝫ Deut. i. Dominꝰ deus qui ductor ē veſter pro vobis ipſe pugnabit Tertio ſtella fuit magis ⁊ nobis i gaudiū. vnde dr̄ Gauiſi ſūt gaudio magno valde Jpſi quidē d̄ quattuor gaudiū habuerūt ſcꝫ de ſua pacifica deductioē ⁊ iō gauiſi ſūt de ſua icolumi puenti oē. d̄ ſua ab herode fallaci euaſione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

De ſtelle recuperatōne. ideo gaudio
magno. Et de pueri inuentione. ideo
magno valde. De hys q̄tuor viri ſci
dn̄t vtiq̧ gaudē. ¶ Primo qꝛ ſine labe
peccati et corruptionis ad patriā ce
leſtem puenerūt. Pſa. lv. In leticia
egrediemini et in pace deducemini.
Pmo eciā de⁹ gaudet Luc. xv. Frater
tuus venit. et occidit pater tu⁹ vitu
lum ſaginatū. qꝛ ſanū eum recepit.
¶ Scđo qn̄ de diaboli ptāte fugiūt. ideo
ipſe liberatus deū laudat dicēs Eccl.
li. Cōfitebor t̄ dn̄e rex et collaudabo
te deū ſaluatorē meū ꝛc̄. Gaudēs ſe
liberatum de faucib⁹ leonis ſupbie.
De ſeruitute auaricie. et de preſſura
flāme luxurie ¶ Tercio qn̄ grāā amiſſā
recuperant. De hoc em̄ ipſe gaudet.
Vnde dicebat pph̄a. Redde michi le
ticiā ſalutaris tui. Deus gaudet. vt
Luce. xv. Epulari ꝛ gaudere oporte
bat ꝛc̄. Et angelus gaudet Ibidem
Gaudiū eſt angelis dei ſup vno pec
catore penitenciā agēte. ¶ Quarto qn̄
poſt illud exiliū ihēſū inuenire ſe ſpe
rant. Abacuk. iij. Exultabo ī deo ihu
meo. Ps̄. Adimplebis me leticia cum
vultu tuo.

¶ Sermo lx. De eodē feſto. ſmo. v.

Et intrantes domū inuenerūt
puerꝝ cū maria mrē eius ꝛc̄
Iſti beati magi q̄tuor feciſſe
legunt̄. Ipſi em̄ xp̄m inuenerūt. inuē
tum adorauerūt. adoratū honoraue
runt. honoratū cuſtodierūt. Inuene
runt igit̄. ideo dicit̄ Intrātes domū
inuenerūt puerꝝ. ideo aūt inuenerūt.
qꝛ ipm queſierūt. eo ſtudio. eo mō.
eo ordine. et eo fine quo debuerunt
Studiū aūt ipſoꝝ fuit in pſcrutādo
qꝛ ſcripturas balaam q̄ de hac ſtella
pphetauerat diligent̄ ſcrutati fuerūt
Ioh. v. Scrutamini ſcp̄turas ꝛc̄ In
vigilando. qꝛ ſup montē victorialē
vigilabāt. Prouer. viij. Qui mane
vigilauerint ad me inuenient me.

In orando. qꝛ p illius ſtelle appariti
one ſemp deū orabāt Math. xi. Oīa
quecūq̧ orātes petitis ꝛc̄. ¶ Scđo q̄ſie
runt eo mō quo debuerūt ſcꝫ fortiter
vt nec labore itineris nec turbatiōe
regis nec amiſſiōe ſideris frangerēt̄
Sapienter vt herodis aſtutia nō deci
perent̄. Dulcit̄ vt eius pmiſſionibus
blandis nō allicerent̄ ¶ Tercio q̄ſierūt
eo ordine eū quo ordine querē debu
erunt Quia pmo queſiuerūt eum p
rem ſenſibilē. i. ſtellam. Deinde p rē
rōnalem. i. pphāꝫ. Tandē p rem ſup
intellectualem. i. reuelationē diuinā
Si igit̄ et nos ipm querē volumus
incipiamus ab infimo humilitatis.
Deinde pgamus ad mediū virtutis
Vltimo pueniam⁹ ad ſummū cōtem
plationis vt poſſim⁹ dicē. ij. Cor. iij.
Nos autē reuelata facie gloriam dei
ſpeculantes ꝛc̄. ¶ Quarto queſierunt
eū eo fine quo debuerunt. vt ſcꝫ ipm
honorarēt pſtratione corporis. adora
rent deuotione mētis. Dotarent lar
gitione muneris. Et ſic patet q͡ ſibi
obtulerunt quicq̄d habuerunt. ſciꝫ
corpus: cū dicit̄. Procidētes Animā
cum dicit̄ Adorauerūt. Res em̄ tpa
les: cum dicit̄. Et aptis theſauris ſu
is ꝛc̄. ¶ Scđo inuentū adorauerunt:
qđ notat̄: cum dicitur Et pcidentes
adorauerunt eum Adorauerunt ergo
ipm adoratione latrie que eſt cult⁹
ſoli deo debitus. que habꝫ fieri qn̄q̧
modis ſcꝫ mentaliter: que ſm Aug.
cōſiſtit in dei cognitione. dilectione
et debita ſubiectione. Et iſtā beati
magi cognouerūt et habuerunt. qꝛ
deum cognouerunt et dulciter ama
uerunt et ſe ſibi humiliter ſubiecerūt
¶ Scđo habet fieri vocaliter ſcꝫ orādo
laudādo et gracias agendo. Et iſto
modo beati magi adoraſſe credendi
ſunt. ¶ Tercio habet fieri realiter in
noſtrarꝫ rerꝫ oblatiōe. Et iſti theſau
ros ſuos obtulerūt ¶ Quarto hꝫ fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

per ſonaliter ſicut ī genuflectōe ⁊ p
ſtratione Et iſti in t̄ra ſe pſtrauerūt
Quīto hꝫ fieri ſacramētaliter · vt ī ſa
crificīj immolatione Et iſti ſibi mūe
ra obtulerūt Tercio adoratuꝫ honoá
uerunt Et hoc p muneá que ſibi ob
tulerunt Nā q̄druplex mun⁹ ſibi ob
tulerūt ſcꝫ munus a corde qꝛ in eum
fideliter crediderūt Munus ab ore ·
qꝛ ipſū verꝝ deuꝫ ⁊ hominē cōfeſſi fue
rūt Munus a manu · qꝛ ſibi munera
obtulerūt · Mun⁹ ab obſeq̄o · qꝛ āte
euꝫ ſe pſtrauerūt Iſtō q̄druplex mu
nus ⁊ nos dēmus offerre deo ⁊ p̄rio
Deo dēmus offerre mun⁹ a corde qð
eſt mun⁹ orōnis · ij · Regū · vij · Inue
nit ſeru⁹ tu⁹ cor ſuuꝫ vt adoraret te
orōe hac Munus ab ore qð ſcꝫ ē mu
n⁹ laudationis Ps̄ Sacrificiū laudis
honorificabit me Munus a manu qð
ē mun⁹ boē opatōis · Ecci · x · Quod
cūq; poteſt man⁹ tua inſtāter opare
⁊ c̄ · Munus ab obſeq̄o qð eſt exhibi
tio ſeruicīj pſonalis Ecci · xl v Bonū
eſt obſeq̄ ſcō deo Iſtud etiam q̄dru
plex mun⁹ dēmus offerre p̄rimo ſcꝫ
mun⁹ a corde p ↄpaſſionē Yſa · lviij
Cū effuderis eſurientī animā tuā ⁊ c̄ ·
Mun⁹ ab ore p correptionem · Mat
xviij · Si peccauerit in te frat̄ tuus ·
⁊ c̄ · Mun⁹ a manu p ſubminiſtratio
neꝫ Ecci · vii · Paupi porrige manuꝫ
tuaꝫ Munus ab obſeq̄o p corporal̄
obſequīj exhibitionē Gal̄ · vi · Alter
alteri⁹ onera portate · ⁊ c̄ · Quarto
magi honoratū cuſtodierūt · qꝛ hero
di ipſū nō p̄diderūt · Herodes nāq;
habebat turbationē ī corde · Vñ dr̄ ·
Iratus ē valde Aſtutiā ī ope · qꝛ a iu
deis locū · ⁊ a magis didicit tēpus Et
religionē ſimulatā in ore · vnde dix
it Vt ⁊ ego veniens adorē euꝫ · Ma
gi autē iſta cognouerūt p̄pter tres
cauſas vt dicit · Criſ · ſcꝫ p̄pter eorꝫ
bonitatē ⁊ ſimplicitatē ſcdm quaꝫ ce
teros exiſtimabāt p̄pter regiam dig
nitatem · qꝛ non poterāt ſuſpicari qꝫ
tantus rex cōtra vnum puerum ta
lia cogitaret · Et p̄pter pueri maieſ
tatem · quia non poterāt opinari qꝫ
tam admirabili puero inſidias moli
ri audaeret · Cōtra tamen eius ma
liciam · aſtuciam · ⁊ religionem ſimu
latam · triplex remediū habuerunt ·
Primū eſt ipſum ſuffragium ora
tionis deuote · vnde dicit̄ Reſponſo
accepto in ſomnis · Gloſa · Sicut ipſe
moyſes tacens clamabat · ſic ⁊ iuſti ·
Secundum eſt beneficium inſpiā
tionis diuine · qꝛ ipſe deus maliciam
herodis eis intimauit Et quid ipſi fa
cere dbeāt reuelauit ſcꝫ ne redirent
ad herodē Terciū eſt promptitudo o
bedientie · quia mox diuine inſpira
tioni obedierunt · quia per aliam vi
am reuerſi ſunt in regioneꝫ ſuam

Sermo lxi · De eodē ſermō vi ·

Apertis theſauris ſuis obtu
lerunt ei munera · Iſta mu
nera fuerunt miſtice ſignifi
catiua · Quia per aurum intelligitur
diuina dilectio · per thus deuota ora
tio · per mirraꝫ carnis mortificatio · q̄
omnia deo offerre debemus Signifi
catur autem dilectio per aurum · qꝛ
aurum eſt precioſum · cuius precioſi
tas cauſatur ex tribus ſcilicet ex ra
ritate · durabilitate · et vtilitate Eſt
enim rarum · ideo precioſum · Ihero
nimus Omne quod rarum ē magis
appetitur · Pulegium apud indos p̄
cioſius eſt qꝫ aurum · Eſt igitur cari
tas precioſa · quia rara dicitur · Phi
lippenſ · ij · Omnes que ſua ſunt que
runt · Et dicitur · i · Chorint̄ · xiij · Cari
tas non querit que ſua ſunt Ex quo
ſequitur qꝫ nullus id eſt valde pauci
caritatem habent · Secundo au
rum eſt durabile · ſic et ipſa dilectio
ē durabilis ⁊ immortal̄ · i · Chorinti
orꝫ · xiij · Caritas nunquam excidit ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Excadit lingua et ſuccedit cordiū per
fecta cognitio. Excadit fides et ſucce
dit apta viſio. Excadit ſpes et ſucce
dit pñtialis poſſeſſio. Caritas aūt nō
excadit. qꝛ ea nichil melius qd̄ ſucce
dere ſibi poſſit. Tercio aūt eſt vtile
qꝛ cor cōfortat. letificat. et in iuuen
tute cōſeruat. Sic caritas hꝫ cor con
fortare. ꝯſeruare et fortificare Cañ.
viij. Fortis ē vt mors dilectio Habꝫ
letificare. Vnde ipſe aplūs vocat eā
ſolatiū dicens ad Phil. ij. Si qua cō
ſolatio in xpō. ſi qd̄ ſolatiū caritatis
⁊ c̄. Habet vō in iuuentute ꝯſeruaē
et facit de ſene iuuenē. pſ̄. Renoua
bit̄ vt aquile iuuentus tua. et de ve
tuſto nouū Jo. xiij. Mandatū nouū
do vobis vt diligatis inuicez De mor
tuo viuū. ij. Joh. iij. In hoc ſcimus
qm̄ trāſlati ſumus. De morte ad vitā
qm̄ diligimus frēs. Scdo debemus
offerre deo thus deuote orōnis Pſ̄.
Dirigat̄ orō mea ſicut incenſū in con
ſpectu tuo. Thus redolens ex carbo
nibus viuis pcedit. in altū aſcendit
et odorē reddit. Sic orō dꝫ pcedere
ex corde ignito p amorē Ecc. l. Th9
ardēs in igne Talis orō ſic ignita ēa
bona facit. Primū eſt qꝛ diabolū ex
pellit Thob. vi. Cordis eius pticulaꝫ
ſi ſup carbones ponas fumus eius ex
tricat om̄e genus demoniorꝝ. Scdo
deū ad nos accelerare facit. Vñ pſ̄.
Sagitte potentis acute ⁊ c̄ Sicut em̄
ſtimul9 aliquē pꝛouocat ad currendū
Sic et orō ignita deū pꝛouocat ad ſub
ueniendū. Tercio vicia incēdit ⁊ cō
ſumit. ideo ſubdit̄: cū carbonib9 deſo
latorijs. Scdo thus .i. fumus thuris
in altū aſcendit. ſic orō aſcendit in
celū. maxīe ſi eſt lacrimoſa Ecc. xxxv.
Lacrime vidue a maxilla aſcendunt
vſq; ad celū quando eſt humilitate
pdita Et ibidē Oratio humiliantis ſe
penetrat nubes: qñ eſt pcc̄i pondere
aliena. ideo dixit dñs malis. Yſa. i.

Cum multiplicaueritis oratōnem nō
exaudiā. manus vrē ſanguine plene
ſunt. Tercio thus odorē reddit Sic
orō eſt odorifera maxīe qñ funditur
a corpe mortificato: a corde dilatato
et a corde p ſpūalez leticiam renato
De pmis duob9 dicit̄ Apocal. v. Ha
bentes ſinguli citharas Gloſa. i. corpora
mortificata. et phialas .i. corda lata
p amorē plenas odoramentorꝝ: que
ſunt orōnes ſcōrꝝ. De tercio Eccl. l.
Quaſi thus redolens in diebus eſta
tis. In eſtate em̄ odor thuris latius
ſentit̄. qꝛ tunc puritas aeris ⁊ ſereni
tas maior hēt̄. Tercio debe9 offerre
mirrā mortificatōnis. Mirra habet
triplicē virtutez: ſcꝫ expulſiuā. qꝛ ex
pellit vermes et ſerpentes Sic morti
ficatō carnis expellit oēs diabolicas
temptationes Ecc̄. xi. Malicia vni9
hore facit obliuionē luxurie magne.
Scdo hꝫ virtutē cōfortatiuā: qꝛ ꝯfor
tat mēbra tenera et debilia Sic mor
tificatio carnis aīm infirmū et debilē
cōſtantem facit. ij. ad Cor. x. Cum
em̄ infirmor tunc fortior ſū et potēs
Tercio habꝫ virtutē cōſeruatiuā. qꝛ
qꝛtū diſſoluit tm̄ cōſumit Sic mortifi
catio carnis grās et vtutes cōſeruat
ij. ad Cor. x. Virtus in infirmitate
pficit̄. Sicut em̄ ſal pſeruat a putre
factiōe vermiū. ſic mortificatio a cor
ruptione. Ideo neceſſe eſt. vt omēs
iſto ſale ſaliant̄ Math. ix. Omnis eī
hoſtia ignē cremabit̄ et oīs victima
ſale ſalietur.

Sermo. lxij. De ſanctis Fabiano
et Sebaſtiano. ſermo pm9

Gladium euaginauerunt pec
catores intenderunt arcum
ſuū vt decipiant pauperē et
inopem: vt trucident rectos corde.
Hodie celebratur feſtiuitas fabiani
pontificis et ſebaſtiani militis. Pulc̄
coniunctio pontificis et militis Siue
vt oſtendatur: qꝛ deus fecit nos deo

patri regnuꝫ ⁊ ſacerdotiuꝫ. Siue vt
oſtendatur ꝙ ad regnum celoꝝ nō
ſolū perueniunt deuoti clerici ſed eci
am fideles laici. Siue vt oſtendatur
ꝙ illi ad deum perueniunt q̄ ſibi aſſiſ
tunt ꝑ ociū contēplationis ⁊ qui ſibi
militāt ꝑ laborē actōis In verbis er
go ꝑmiſſis duo tangūt. Primo pſe
cutoꝝ crudelis ſeuicia. cū dr. Gladi
ū euaginauerūt peccōres ⁊c. Secun
do ſanctoꝝ innocēs pena cū ſubdit.
Vt decipiāt paupem ⁊c. Seuicia aūt
peccōꝝ i duobus apparꝫ ſciꝫ in euagi
nādo gladiuꝫ. ſcꝫ quo ad fabianum
quē decapitauerūt ⁊ itēdendo arcū
quo ad ſebaſtianū quē ſagittauerūt
Circa ꝑmū notādum ꝙ mali habēt
gladios quos euagināt ꝯtra bonos
⁊ boni habēt gladios quos euaginant
ꝯtra malos. habent q̄de mali vnuꝫ
gladiuꝫ in corde qui ē malicie. vnde
Ps̄ Gladius eoꝝ intret i corda ipo
rū. hunc euaginauerūt. cū maliciaꝫ
acuerūt ad perſequēduꝫ Ps̄ Cōcepit
dolorē ⁊ peperit iniq̄tatē. Aliū habēt
in ore q̄ eſt gladiꝰ male lingue. Ps̄
Gladius in linguis eoꝝ. hūc euagi
nāt cū linguā laxāt ad detrahenduꝫ
ps̄. Exacuerūt vt gladiū linguas eo
rū Aliū habēt in manu q̄ eſt maligi
tatis iniq̄. ps̄ De gladio maligno e
ripe me. hūc euaginant cū manꝰ ex
tendūt ad pſequēduꝫ Deut. xxxij. E
uaginabo gladiū meū interficiet eos
manꝰ mea Primū gladiū euagiauit
deciꝰ cōtra fabianū ꝑcaꝫ ⁊ eccīe mag
nā pſecutionē cōmouit. Secūdum e
uaginauit deocletianꝰ cōtra ſebaſti
anū queꝫ ſuū ꝓditorē vocauit ⁊ mul
tas blaſphemias ſibi dixit Terciū
vterqꝫ cōtra vtrumqꝫ euaginauit.
dū ille fabianū fecit occidi ⁊ iſte ſe
baſtianuꝫ fecit ſagittari Secūdo boni
habent gladios ꝯtra malos Primꝰ
eſt doctrine Heb. iiij. viuꝰ ē ſermo
dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilioꝛ omi gla
dio ancipiti. hūc euagināt in erudi
tione ꝓximi Ephes. vi. Gladiuꝫ ſpi
ritus qđ eſt v̄bū dei Secūdus ē iuſti
cie Exod. xxxij. Ponat vir gladium
ſuuꝫ ꝯtra femur ſuū. hūc euagināt i
peccati vltione Ps̄ Gladij ancipites
in manibꝰ eoꝝ Terciꝰ ē fortitudis ⁊
cōſtantie Cant. iij. En lectuluꝫ ſalomo
nis ſexaginta ambiūt omnes tenen
tes gladiuꝫ. hunc euaginant in gre
gis dominici defenſione Math. iiij.
Judas gladio ſuo ꝓtegebat caſtra:
Gladiuꝫ ergo doctrine euaginauit
ſebaſtianꝰ qn̄ ydolatras ⁊ infideles ꝯ
uertit Et gladiuꝫ iuſticie euaginauit
fabianꝰ quādo deciū imꝑatorē dure
corripuit Gladiū fortitudinis vter
qꝫ euaginauit. quādo vterqꝫ cōſtā
ter martiriū toleauit. Secūdo appa
rꝫ ſeuicia cōtra btūm ſebaſtianū. cū
dr Intēderūt arcū ſuū. qꝛ ad inſtar e
ricij fuit ſagittis repletus Ps̄. inten
derūt arcū rem amaraꝫ Illa ei ſagit
tatio amara pena fuit ꝓpter intrane
itatē viſceꝝ. qꝛ ſagitte nō tātuꝫ vl
nerant membra exterioꝛa. ſed eciā
viſcera interioꝛa. Job. xxx. interio
ra mea efferbuerunt abſqꝫ vlla req̄
e. Magna eciā pena fuit ꝓpt genera
litatem vulnerum. quia non tantū
i vno vel duobꝰ locis. ſed i toto cor
pore vulneratus erat et ſagittis re
pletus. Job. xvi. Concidit me vul
nere ſuper vulnus. Yſaie. i. A plan
ta pedis vſqꝫ ad verticem nō eſt in e
o ſanitas Et magna pena erat prop
ter maliciam irriſionum. quia ipſuꝫ
quaſi ſignum in deriſione poſuerunt
Job. xij. Deridetur ſimplicitas iuſti.
⁊c. Pſalmiſta. In me pſallebant q̄
bibebant vinum. Fuit eciam magā
pena propter totius populi ſpectacu
lum. Fuit enim in campo iuxta pal
lacium ceſaris ſagittatus. vt illic
omnis populus conueniret eum ſa
gittari videret. vt habetur primo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

i. Choꝝ. iiij. Spectaculū facti ſumus
mūdo angel̄ et hoibus. Scd̄o ex pte
ſanctoꝝ poni̇t̄ pena innocēn: cū dicit̄
Vt decipiant pauperem et inopem.
Sed p̄mo poni̇t̄ innocēs pena ſebaſti
ani: cū dicit̄ Vt decipiant pauperem
Paup igit̄ et inops fuit ſebaſtian9
quē omnib9 bonis ſpoliauerūt. et a
principatu depoſuerūt. Iſtū decipere
conati ſunt mō falſis allegationib9
volentes xp̄m oſtendē non eſſe deū.
mō vanis pmiſſionibus pmittētes
ſibi reſtituere ſuū pn̄cipatū. modo.
modo diuerſis cruciatibus et diuerſ
paſſionib9: qꝛ ip̄m fecerūt ſagittari
et vſqꝫ ad mortē fuſtigari: ſꝫ nō po
tuit decipi. nec falſis allegationibus
qꝛ habebat xp̄m: qꝛ ſapia eſt Lu. xxi
Ego em̄ dabo vobis os et ſapiaꝫ ꝛc̄.
Nec vanis pmiſſionib9: qꝛ habebat
xp̄m. qui eſt vera merces et ſummū
bonum Geneſ. xv. Noli timere ego
ptector tu9 ſum et merces tua mag
nimis. Exo. xxxiij. Ego oſtendā tibi
omne bonū. Nec vanis cruciatib9 et
paſſionib9: qꝛ habebat xp̄m: q̃ v̉tus
eſt et fortitudo. pſ̄. Dn̄s ptector vi
te mee a quo trepidabo. Item idem
Cum ipſo ſum in tribulatiōe eripiaꝫ
eum et glorificabo eum. Scd̄o poni̇t̄
innocēs pena fabiani: cum dicit̄ Vt
trucidēnt rectos corde. ipſe em̄ rectū
cor habuit: qd̄ pꝫ ex multis ¶ Primo
qꝛ ipſe p columbam fuit miraculoſe
electus. nequaq̄ em̄ deus ip̄m mira
culoſe eligeret: niſi ip̄m habē rectū
cor ꝛ ſanctū cognoſcēt Numeri. xvi
Quēcumqꝫ elegerit dn̄s ipſe ſanct9
erit. ¶ Scd̄o qꝛ in potentū rep̄henſiōe
fuit cōſtans et firmus. Nam ſicut dt
Haymo imperatori Philippo volenti
intereſſe paſche ſolemnitatib9 et di
uinis cōmunicare miſterijs fabian9
cōſtanter reſtitit: nec ibidem ipſum
eſſe pmiſit: donec inter publice peni
tentes ſtetit. et peccata ſua cōfeſſus

fuit Eccl̄. xlviij. In diebus ſuis non
pmittit principem ꝛc̄. ¶ Tercio. quia
circa diuinū cultū fuit valde diligēs
et deuot9 Nam ſicut dicit Damaſce9
papa ipſe fabianus p oēs regiones
ſeptē diaconos miſit et eiſdē tot ſub
diaconos aſſigauit vt geſta martirꝫ
colligerent. et ſibi romā deportarēt
qd̄ factum eſt. Iſtum ergo ſic rectū
cor; detrucidauerūt et decapitauerūt
Et licet carnem trucidarent. animā
tamen ledere nō poterant Math. x.
Nolite timere eos qui occidūt corp9
Animā em̄ occidē nō poſſunt. Racio
quaē animas ſcōꝝ mali occidere nō
poſſunt eſt. qꝛ ipſoꝝ anime in manu
dei ſunt. Sapie. iij. Iuſtoꝝ anime in
manu dei ſunt. Sunt eciā in ſinu dei.
Iſa. xl. Manu ſubleuabit agnos. et
in ſinu ſuo portabit Sūt eciā in corde
dei. ad Phil̄. i. Teſtis eſt michi de9
quomō vos cupiam omnes in viſce
ribus iheſu chriſti. Quia igit̄ ſunt in
manu dei non pn̄t ab aliquo auferri
Iohis. x. Non rapiet eos quiſq̄ de
manu mea. quia ſunt in ſinu dei nō
poſſunt amitti. Augu9. Quid times
hominē homo in ſinu dei poſitus. Tu
de ſinu illius noli cadere et quicquid
patieris ad ſalutē valebit nō ad pni
ciem: qꝛ ſunt in corde dei nō poſſunt
obliuioni tradi. Pſ̄. Si oblitus fue
ro tui iheruſalem ꝛc̄.

¶ De ſancto Sebaſtiano martire.
ſermo ſcd̄s.

Etendit arcum ſuū et poſuit
me q̄ſi ſignū ad ſagittā Tre
noꝝ. ij. Iſtud verbū cōueni
ent̄ de ſcō ſebaſtiano exponi pt qui
fuit ad ſignū poſit9 et ab infidelib9
ſagittatus. Fuit em̄ poſitus ad mul
tiplex ſignū. Primo in ſignū pruden
tie ex eo. q̄ ſe ſub militari habitu oc
cultabat: vt xp̄ianos martires cōfor
taret. bonū quidē fuerat. ſi ſtatim ſe
chriſtianū confitens coronā martirij

receꝑiſſet· ſed meliꝰ erat ꝙ ꝓ tali v
tilitate ad tēpus ſub militari habitu
ſe occultaret: poſtmodū autē libere
ſe xp̄ianū confeſſus fuit Et ſic primo
habuit fidē tanꝙ̄ loricam. i. Theſ. v
Induti lorica fidei · poſtmodū h̄uit
eam tꝙ̄ ſcutū Epheſ. vi. In omibꝰ
ſumētes ſcutū fidei: Apl's etiā de lo
quens dicit. ij. Corin. xi. Per feneſ
trā in ſporta dimiſſus ſū. ⁊ c̄ Bonū
erat ſi apoſtolus nō fugiēdo martiri
ū fuiſſet ꝑpeſſus · ſed melius fuit ꝙ
ꝓ vtilitate primoꝝ ad tempus fuit
reſeruatus Secundo fuit poſitus in ſi
gnū conſtantie · cuius cōſtantia etiā
apparuit in corroborando quādo di
xit O fortiſſimi milites xp̄i ⁊ c̄. Job.
iiij Vacillantes cōfirmauerūt ſermo
nes tui · In arguēdo · q2 imperatores
conſtanter redarguit · et tunc maxi
me poſtꝙ̄ ab eis flagellatus fuit Ta
les ei conſtantes erāt apoſtoli · De q̄
bus dr̄ · Act. v. Ceſis denuntiauerūt
apoſtolis · ne amplius loquerent ⁊ c̄
In ſufferēdo · q2 multa martiria ptu
lit: ſed vinci nō potuit. Ro. viij. Cer
tus ſum ei q2 neq3 mors neq3 vita ⁊ c̄
Tercio fuit poſitꝰ in ſignū doctrine:
Docuit ei tres vtiles lectōes Prima
fuit circa conteptū tempoꝛalium quā
do dixit · Vita hec in ſe credentes fe
fellit ſed expectātes irriſit ⁊ c̄. Jaco.
iiij. Que ē eīn vita noſtra vapor ad
modicū parēs Secunda fuit circa ap
petitū celeſtium · Vn̄ dixit · Nō ſepa
rabunt a vobis ſed vadūt parare vo
bis ſidereas māſiones · Heb. iij. Nō
eīi habemus hic ciuitatē manētē · ſꝫ
futurā inq̄rimꝰ Tercia fuit circa tol
lerantiā aduerſoꝝ · vn̄ ait in amorē
martirij nr̄os ſuſtinemꝰ affectus · ⁊
Mat. x. Nolite timē eos qui occidūt
corpꝰ ⁊ c̄. Quarto erāt poſitꝰ i ſignū
paciencie · q2 pacienter ſupplicia tole
rauit · Magna pacientia · q2 mr̄es nō
in ſupplicijs ceſſerūt · ſed potiꝰ eis do

cumēnta ceſſerūt · Cipꝛiaꝰ · Toꝛtoꝛe
quētibꝰ fortiores ſteterūt · ac lanian
tes vngulas · laniata mēbra vicerūt
Maioꝛ ꝙ nō maledixerunt Luc. vi.
Bn̄dicite maledicentibꝰ vobis Max
ima ꝙ aduerſus deū nō murmurāue
rūt: vn̄ dr̄ · Nō murmur reſonat · nō
q̄rimonia · Permaxima ꝙ in tot ſup
plicijs coꝛ pacificū habuerūt · vnd̄ ſꝫ
dicit̄ Sꝫ coꝛde tacito mēs bene cōſcia
ſeruat pacientiā · Supmaxima · ꝙ ꝓ
pſequentibus oꝛauerunt · Luc. vi. O
ratē pro pſequentibꝰ et calumnian
tibus vos · Quīto fuit in ſignū poſitꝰ
opationis bone · habuit eīn operati
onē bonā. i. vtilē · delectabilē · ⁊ ho
neſtā Vtilē q̄ntū ad alioꝝ ꝯuerſio
nē · q2 multos ꝯuertit ⁊ ſaluos fecit
. i. Coꝛ. x. Nō querēs qd̄ mihi vtile
eſt ſꝫ qd̄ multis · vt ſalui fiāt Honeſ
tā q̄ntū ad pacificā cōuerſationē vn
de dicit̄. Erat ei vir totius prudentie
In ſermone verax · in ope fidelis · in
bonitate cōſpicuus In vniuerſa mo
rū honeſtate pclarus ⁊ c̄. i. Theſ. iiij
Honeſte ambuletis ad eos q̄ foris
ſūt Delectabilē āt q̄ntū ad celeſtium
contemplationē Eccis. xi. Dulce lum
⁊ delectabile ē oculis videre ſolē ·
id ē xp̄m p ꝯtēplationē · Sexto poſi
tꝰ fuit i ſignū pene etne repbis inf̄e
rēde Si ei deꝰ tm̄ punit illos qui h̄nt
vitā ſcā q̄ntū punit ⁊ illos q̄ h̄nt vi
tā iniquā Prou. xi. Si iuſtꝰ i tra re
cipit mala q̄nto magis impiꝰ ⁊ peccoꝛ
Si tm̄ punit illos in quibus benedici
t̄ · q̄ntū puniet ⁊ illos in q̄bus blaſphe
mat̄ · Jhe. xxv Ecce ego in ciuitate i
q̄ inuocatū eſt nomē meū incipio te af
fligere · ⁊ vos q̄ſi innocētes eritis ·
nō eritis immunes Si tm̄ punit illos
qui ſunt virides in conſciētia · et i vi
ta · q̄ntum puniet illos qui habent ꝯ
ſcientiā aridam et vitam coꝛruptā
Luc. xxiij. Si in viridi ligno hec faci
unt · in arido quid fiet · ⁊ c̄.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Sermo lxxiiij. De eodē ſct. 39.

Ecce docuiſti plurimos ⁊ ma
nus laſſas roboraſti Vacillā
tes cōfirmauerūt ſermones
tui. ⁊ genua debilia ꝯfortaſti. iob.
iiij. In v̄bis iſtis tria tangūtur Naꝫ
ſanctus ſebaſtianꝰ fuit doctor igno
rantium. iō dicit̄ Ecce docuiſti pluri
mos Fuit roborator debiliuꝫ. iō ſub
ditur Manus laſſas roboraſti. vacil
lantes ꝯfirmauerūt ſermones tui.
Fuit ꝯſolator afflictoꝝ. iō ſubditur
Et genua debilia ꝯfortaſti Circa pri
mū notādū ꝙ quidā ignorabāt veri
tatē dei. ſicut ydolatre. iō ſanctꝰ ſe
baſtianꝰ docuit fidei veritatem. Vn
de vna die plus ꝙ̄ tricenta ydola ꝯ
fregit ⁊ p̄fectuꝫ vrbis ⁊ mille q̄dringētos viros de eꝰ familia baptiſauit
.i. Jo. iij. In hoc apparuit dei filiꝰ vt
diſſoluat opera diaboli Quidā igno
rabant vanitatē mundi. vt cupidi ⁊
auari. iō docuit vite labilitatē dicēs
Ab initio mundi hec vita in ſe credē
tes fefellit. ⁊ poſt ſe expectantes irri
ſit ⁊ ē. Job. xiiij. Homo natꝰ de muli
ere breui viuēs tpe ⁊c̄. Quidā igno
rabāt leuitatē pn̄tis ſupplicij. vt timi
di ⁊ delicioſi. iō docuit pene p̄ſentis
⁊ futuri differētiaꝫ. vnde ait Hec p
ſecutio quā hic patimur hodie excan
deſcit ⁊ cras euaneſcit. dolor autem
eternꝰ renouat̄ vt ſeuiat. augmēta
tur. vt exurat. inflāmat̄ vt puniat
Tanta eſt ei c̄rā ad illā ꝙ̄ta ſtilla a
que ad fluuiū. ſibuli ad tonitruum.
Job. xxvi. Cū vix vnaꝫ puam ſtillaꝫ
ſermonis eꝰ audiuerimus quis pote
rit tonitruū magnitudis eꝰ intueri.
Quidā ignorabāt aſtuciā diaboli vt
Qui amat patrem et matrẽ plus q̃
me. nõ eſt me dignus Aug̃. Amãd9
eſt gñator ſ̓ pponendus eſt creator.
Quantũ ad corpalem habitationẽ.
cũ dicť. Et de domo pris tui. vt ſcz
in eadem domo nõ maneas. q2 ſicut
dicť. Mich. vij. Inimici hoĩs domeſ
tici eius. Ab his oĩbus debem9 exire
et corpore et mente et cõuerſatione
Hoc ſignificatũ eſt Geñ. xix. vbi dr̄
q2 angeli loth extra zodomam poſu
erũt pcipientes ne poſt tergũ reſpi
ceret et ne circa regionem maneat.
In hoc q2 eũ duxerũt de ſodoma dať
intelligi q2 religioſus nõ dz manẽ cũ
mũdanis etiam corpaliter In hoc q2
angeli pceperũt ne poſt tergũ reſpi
ceret dať intelligi. q2 nõ debz redire
ad mundũ mentaliť. In hoc q2 dicť
q2 non ſtet in oĩ loco circa regionẽ.
dať intelligi q2 nõ dñt ſtaẽ in mũdo
etiã moraliter. i. q2 religioſi nõ debẽt
habẽ mores mũdanos. Regio autẽ
vicina eſt peccato vetuſta ipſa ꝯuer
ſatio que oſtendiť in v̓bis laſciuis
in geſtibus et moribus vanis. Scđo
dñs hortať ad religionis ingreſſum.
cum dicť. Et veni in terrã quã mon
ſtrauero tibi. Terra optima eſt reli
gio ſacra. Scđm autẽ virgiliũ terra
bona tribus modis cognoſcitur.
Primo modo p nigredinẽ. q2 nigre
do terre bonitatẽ atteſtatur. Scđo
p dulcedinez. q2 ſapor dulcis et non
amarus bonitatẽ indicat. Tercio p
ſuffoſſionem. q2 quando effodiť et
poſtea repletur ſi p aliquod temp9

ſupabundauerit eſt optima Si deffe
cerit ē mala Si equata fuerit ē bona
Terra pmo cognoſcit quãdo eſt ni
gra p abiectõnem ⁊ aſperitatē Re
ligio igit tunc ē bona quãdo ē nigra
p aſperitatē. Hom ei religioſi denī
grãt ſe per humilitatē exterius. ſ3 d
albãt ſe interius p puritatē Can. i.
Nigra ſum ſed formoſa Secũdo qñ
do ē dulcis per deuotionez ſeu deuoti
onis ſuauitatē. In deſto ei penitẽtie
⁊ nõ in egipto mũdi datur mãna ce
leſtis .i. deuotio ſpũalis Oſee. ij Du
cã eã in ſolitudinē ⁊ loquar ad cor e
ius Tercio cognoſcit p ſuffoſſionez
⁊ repletionez Illi ei q̃ ſeruãt pcepta
ſũt bona terra. q2 q̃tum peccauerũt
tantuz deo ſatiſfaciũt Ro. vi. Sicut
exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire im
mũdicie ⁊ c. Illi qui ſupererogãt cõ
ſilia ſũt optima terra Luc. x. Quecũ
q3 ſupererogaueris ego cũ rediero
reddã tibi Illi q̃ deficiunt ab vtroq3
ſũt repba terra Heb. vij Proferẽs
ãt ſpinas ⁊ tbulos repba eſt Et ſig
nanter dicit. quã mõſtrauero tibi.
Cuz eñi in religione ſunt tria ſubſtã
tialia: ſc3 votũ obediẽtie. pauptatis
⁊ cõtinentie xps iſta tria nobis mõ
ſtrauit verbo Cuz dixit Luc. ix Si q̃s
vult poſt me venire abneget ſemet
ipſũ. Ecce renũciatio ꝓprie volunta
tis Et tollat crucē ſuã Ecce mortifica
tio carnalis voluptatis Et ſequatur
me ſc3 paupem Ecce ꝓpoſituz paup
tatis Oſtẽdit etiã exemplo. q2 vgini
tate floruit. pauptatē elegit. ⁊ pat
in omnibꝰ obediuit C Tercio ponit
religionis fructũ q̃ quadruplex eſt.
primus ē magna i perſonis dilatatõ
Cũ dicit. faciãq3 te in gẽtez magnã.
In religionibꝰ ē q̃druplex drã perſo
naꝝ que ſignificat. zach. vi. p qua
drigas equoꝝ. ibi ſũt contemplati
ui. celeſtibꝰ deſiderib9 flagrãtes. iſti
ſũt equi rubei. Ibi ſũt actiui vtutũ
varietate pollentes. iſti equi varij
Ibi ſunt vgines puritate pollentes
Iſti ſũt equi albi. ibi ſunt cõtinẽtes
ſe per opera penitẽtie macerãtes. Iſ
ti ſũt equi nigri Secundus fructꝰ
eſt celeſtis gratie benedictio. cuz dr
Et benedicam tibi. ¶ Notanduz autē
q2 iacob in deſerto triplicez benedic
tionez obtinuit ab angelo Vna ē. q2
neruus femoris emarcuit. i. ꝯcupiſcẽ
tia debilitata fuit Secũda q2 nomen
mutauit. i. iſrahel qui interptat vir
videns deuz Tercia cõtra deuz fortis
fuit. vnde dixit ei angelꝰ. cõtra de
um fortis fuiſti Iſta tplex benedicti
o in deſerto penitẽtie obtinet ſc3 car
nis icorruptio. Deut. xxxiij. Benedi
ctio illius q̃ apparuit i rubo veniat ſu
p caput ioſeph Rubus qui nõ cõbu
ritur eſt caſtitas q̃ a concupiſcẽtia ñ
ſuperatur Celeſtiuz cõtemplatio Ge
nes. xxxvij. In pinguedie terre ⁊ in
rore celi deſup erit benedictõ tua.
⁊ deuota oratio que deum vincit. O
ſee. xv. Inualuit iacob ad ãgeluz ⁊
ꝯfortatus ē fleuit ⁊ rogauit eum.
Tercius fructꝰ ē nois exaltatio: cum
dicit Et magnificabo nomē tuuz No
men ſancti benedicti ⁊ alioꝝ ſcõruz
magnificatũ eſt Primo q2 ſemp eſt
corã oculis diuine maieſtatis. Ps.
Honorabile nomen eorum coram il
lo. Secundo quia in honore habe
tur ab angelis. Luce. x. Gaudium ē
angelis ſuper vno peccatore penitẽ
tiam agente. multo fortius ſuper v
no iuſto deo ſeruiente Tercio q2
ſcriptũ eſt Luc. x. Gaudete q2 noia
veſtra ſcripta ſũt in celis Quarto q2
honoratur ab omibꝰ populis ab omī
bꝰ eccleſijs ⁊ in omnibꝰ ſeculis Vnd
cãtat eccia ⁊ etiã ē ſũptum de eccias
tico. xliiij. Sapientiã ſanctorum nar
rãt ppli. ⁊ laudē eoꝝ nũtiat eccia no
mia ãt eoꝝ viuẽt i ſclm ſcli Quartus
fructus eſt eterna remuneratio. cuz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

dicit̄ Eriſq̄ꝫ benedcūs. Eſt aūt benedictus illa q̄drupliā bn̄dictione. de q̄ dicit̄ Geñ. xlix. Benedictiōibus celi deſup ꝑ abiſſi iacētis deorſum vberū et vulue. habēt em̄ ſancti beatitudinē a ſupiori. reſpiciendo dei faciē glorioſam. iſta eſt benedictio celi deſup. hn̄t ab inferiori. reſpiciendo iuſtiſſimā dei vindictaꝫ. iſta eſt benedictio abiſſi. hn̄t ab interiori cōuertēdo ſe ad ſuā ꝯſciaꝫ. iſta ē bn̄dictio vberū. Conſcia eſt em̄ mamilla que ceteras v̄tutes nutrit. hn̄t ab exteriori poſſidētes ſocietatē fecundā. Iſta eſt bn̄dictio vulue. deus em̄ tunc valde fecūdus erit. q̄ꝛ magnā filiorū multitudinē gn̄abit.

Sermo xcviij. De Annūciatione beate marie v̄ginis. ſmo pm̄ꝰ

Rorate celi deſuper et nubes pluant iuſtuꝫ apiat̄ terra et germinet ſaluatorē Iſa. xlv. Poſſunt eſſe hec v̄ba āntiquorū ſcōrū patrū deſiderantiū xp̄i aduentum. In q̄bus v̄bis tria petūt a ſcā trinitate Primo petūt dn̄ice incarnatiōis miſteriū: cū dicūt Rorate celi deſup. Ubi duo ſunt videnda. ſcꝫ q̄re deus dicat̄ celū Et q̄re xp̄i incarnatio rori aſſimilet̄ Deus aūt dicit̄ celū. ſcꝫ empireū q̄ꝛ id celū eſt luciforme. immobile et capacitatis immenſe Sic deus habet totalē claritateꝫ. i. Io. i. Deus lux ē et tenebre nō ſunt in eo vlle. Habꝫ immobilē ſtabilitateꝫ Iaco. i. Apud quē nō eſt tr̄āſmutatio ꝛc̄. Habꝫ immenſā capacitateꝫ Sap. vij. Qui capit oēs ſpūs intelligibiles Aſſimilat̄ aūt incarnatio xp̄i rori. q̄ꝛ ſcꝫ ros generat̄ ī medio aeris inſtitio. a tp̄ato calido et tempato frigido. Tria nāq̄ꝫ inſticia ſūt ſcꝫ celū. mūdus et īfernꝰ Hic igit̄ ros. i. xp̄i incarnatio non eſt facta in ſupiori inſticio. i. in celo. q̄ꝛ nāꝫ angelicā nō apprehēdit. nec ī infimo. i. in īferno. q̄ꝛ demones nō redemit. ſꝫ eſt facta ī medio ſcꝫ in ip̄o mūdo. q̄ꝛ natuē huāne ſe vniuit Gal. iiij. Deus filiū miſit natū ex muliē. factū ſub lege Et iſta roratio fcā ex calido et frigido Duo em̄ ſūt que mouerūt dn̄m vt hō fiēt. vnū ex pte ſui ſcꝫ magn̄tudo caritatis que fuit q̄ſi calor. Rōs. v. Cōmendat d̄s caritatem ſuā in nob ꝛc̄. Aliud ex pte nr̄i ſcꝫ miſeria gn̄alis Pſ. ꝑpter miſeriā inopū ꝛ gemitū pauperū nūc exurgā d̄t dn̄s. In hoc tn̄ deficit ſilitudo. q̄ꝛ ibi ē tp̄atū calidū et tp̄atū frigidū Hic aūt eſt nimiꝰ calor amoris Eph. ij. Deus q̄ diues ē in mia ꝑpt̄ nimiā caritatē ſuaꝫ qua dilexit nos ꝛc̄. Et nimiū frigus languorū. pſ. Omnes decliāuerūt. Scdo ſancti p̄rēs petūt ab angelī v̄ginee ſalutatiōis p̄comū Cū dicit̄ Et nubes pluāt iuſtū Tunc em̄ nubes iuſtū pluūt qn̄ gabel xp̄m v̄gini nūciauit. Hic aūt duo videnda ſūt ſcꝫ q̄re angeli dn̄r nubes. et q̄re xp̄i incarnatio pluuie aſſimilat̄. Dn̄r aūt nubes. q̄ꝛ ſunt thronꝰ dei in q̄ꝰ ſedet et quieſcit. Iuxta illud Eccleſ. xxiiij. Thronus meꝰ in columna nubis Dicit̄ autē Apo. iiij. q̄ꝛ de throno p̄cedebāt fulgura voces et tonitrua Nam ſm̄ Dyoniſiū. triplex ē officiuꝫ angelorū ſcꝫ illuminare. purgare et pficere. Ab alijs ergo thronis p̄cedunt fulgura et choruſcationes qn̄ illuminant noſtrā intellectiuaꝫ. Pſ. Illuxerūt choruſcatiōes tue orbi t̄re Procedunt tonitrua qn̄ ꝑ cōminatōnes ꝛ terrores purgant noſtrā affectiuā. Nam ſicut dicit̄ Eccľ. i. Timor dn̄i expellit peccatū. Procedunt voces. i. inſpirationes ꝑ quas pficiunt noſtrā operationē. Zach. i. Angelꝰ qui loquebat̄ in me v̄ba bona ꝛ verba cōſolatoria. Aſſimilatur auteꝫ incarnatio chriſti pluuie. quia pluuia tribus modis generat̄ ſcꝫ virtute caloris attrahentis. virtute vaporis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

aſcendentis .et virtute venti colligē
tis venti enim volantes ſupra mare
multum humorem ſepe colligunt.
et ſecum ad aerē attrahentes in plu
uiam diſſoluunt Iſtam autē pluuiā
ſubſtancialem his tribus modis ge
neratam fuiſſe oſtēdit gabriel in ē
plici locutione cum virgine . Pri
mo nanqꝫ oſtendit ipſam eſſe gene
ratam virtute caloris attrahentis:
cum dixit . Aue gracia plena Graci
a enim dei eſt amoꝛ dei: Amoꝛ autē
eſt ignis Iuxta illud . Luce xij . Ignē
veni mittere in terram ⁊ cetera . Si i
gitur virgo fuit plena gracia et ao̅
re dei fuit plena igne ⁊ caloꝛe . Et v̓
tute iſti⁹ caloris diuinū fontē ad ſe
attraxit . ⁊ iſtā celeſtē gn̄auit : Ps̄ .
Deſcēdit ſicut pluuia in vell⁹ . Scd̓o
on̄dit gabriel iſtam pluuiā gn̄andā
virtute vaporis cum dixit . Ecce cō
cipies ⁊ paries filium ⁊ c̄ . filius autē
dei eſt vapor dei . Iuxta illud . Sapiē
tie . vij . vapor eſt virtutis dei . ⁊ c̄ . I
ſte igitur vapor dei infra viſcera v̓
ginis ſine ſui inciſione ſiue operatio
ne ſe occultauit Iuxta illud Ecclesi .
xxiiij . Quaſi libanus non inciſus va
poraui habitationem meam ⁊ c̄ . id
eſt chriſtum qui in me per carnem
aſſumptam habitauit . Et iſte vapor
inter viſcera virginis occultatus in
pluuiam ſe diffudit quādo mundū
famelicum ſaciauit . Pſalmi . Pluit
illis manna ad manducandum .
Tercio oſtendit gabriel hanc pluui
am generandam virtute venti colli
gentis . cum dicitur Spiritus ſanct⁹
ſuperueniet in te . Spiritus eſt vēt⁹
iuxta illud Iohan . iij . Spiritus vbi
vult ſpirat Iſte autem vētus flans
in maria .i. ī corde virginis marie hu
mores virgineos collegit ⁊ corp⁹ cri
ſti formauit qd̓ ſalutarem pluuiam
generauit . q̄ totum mūdum fructi
ficare fecit . dicitur āt iacobi . v . non
pluit annos tres ⁊ menſes ſex Anni
tres ſunt tria tpa que preceſſerant
ſcꝫ nature culpe . ⁊ legis ſcripte . Et
in his pluuia benedictōis nō venit
Quarto autē eſt tēpus gratie Et in
iſto eciā nō venit vſqꝫ ad mēſes ſex
In iſto autē mēſe ſexto miſſus eſt ā
gelus gabriel a deo ⁊ c̄ Tunc ei plu
uia deſcendit et ſalutarē fructum ꝓ
duxit ¶ Tercio ſancti patres petūt a
v̓gine deuotū conſenſuꝫ . cū dicitur .
Aperiatur terra . Vbi duo videnda
ſunt ſcꝫ quare v̓go dicatur terra . et
qualiter ſe aperuit ⁊ ſaluatorem ge
nerauit . dicitur āt terra . qꝛ ſicut dt
Aug⁹ de trinitate bona terra ē in al
titudine mōtiū . tꝑamento colliū
planicie cāpoꝝ Sic ⁊ ipſa fuit alta ꝑ
celeſtium cōtēplationeꝫ Ecci . xxiiij .
Ego in altiſſimis hītaui . fuit tēꝑera
ta ꝑ diſcretionē Cui⁹ diſcretio appa
ret Luc . ij . Maria autē cōſeruabat
omnia v̓ba hec . fuit plana ꝑ humilē
cōuerſationem: quod patet qꝛ licet
deū concepperit tamen tribus menſi
bus cum elizabeth humiliter conſer
uata fuit . vel terra dicitur . qꝛ terra
exterius venuſtatur plātis interius
ditatur innumeris theſauris In inti
mo eſt plena tormētis . ⁊ ibi inferi⁹
eſſe perhibetur . Sic ⁊ ipſa exterius
fuit ornata venuſtate moꝝ . ⁊ interi
us fuit ditata theſauro virtutum .
in ītimo cordis vulnerata doloꝛib⁹
tormētoꝝ . iuxta illud . Lu . ij : tuam
ipſius animā pertrāſibit gladius Et
ꝓpter iſta tria ipſa dt Cant . i . Nigra
ſū . ſed formoſa: Nigra ſū pre doloē
paſſionis . ſ formoſa decore v̓tutis .
ſicut pellis ſalamonis fulgore ſcꝫ cō
uerſationis . Ille enim pelles erāt vm
bratice . Et iſta terra ſe aperuit ⁊ ſal
uatorē gn̄auit . Aperuit q̄dem aīmū
ſuum ad conſentiendum quem con
ſenſum requirebat ſpōnſus dicēs .
Canti . quito . Aperi mihi ſoroꝛ mea .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Bern̄. ſup Cañ. Surge curre aperi. Surge p fidē Curre p deuotōez Api p cōſenſionē Apuit em̄ vterꝫ ſuū ad cōcipiendū. hec eſt em̄ illa porta De qua dr̄ Ezech. xliiij. Que fuit clauſa ōni viro ſ; apta dn̄o Aperuit os ſuū ad bn̄dicendū. qn̄ dixit Magnificat aīma mea dn̄m. ps̄. Aperi os tuū et implebo illud Aperuit ſinū ſuū ad miſerendū Zach. xi. Aperi libane portas tuas. Liban9 īťpretať candidatio Et ſignificat beatā mariā que tō fuit cādida. et hꝫ tres portas. ſcꝫ potēcie. ſapie. et mīe Quidā ei peccāt p infirmitatē. iſtis aperit portas potencie dando eis virtutē reſiſtendi. Quidā p ignorantiā: illis aperit portas ſapiētie dando eis lumē cognoſcendi. Quidā p certā maliciā: et illis apit portas mīe dando eis grām penitēdi. Aperit manus ſuas ad largiendū Prouer. vlť. Manū ſuā aperuit inopi. i. xp̄o paupi. p ſex opa miſericordie Vnde dicit Bern̄. Beata v̓go dei filiū in vtero ſuſcepit nudū carne vel eciā pānis operuit. eſuriētem pauit. ſitientē lacte potauit. infirmū p infantiā non ſolū viſitauit ſ; eciā oīa huāna ſibi exhibuit ī carcē poſitū. et crucis patibulo ligatū viſitauit Eius ſepulturē īťfuit. Aperuit cor ſuū ad ſubueniendū. qꝛ mīa ſua ſubuenit vniuerſis. ſcꝫ bonis. malis viuis et defunctis Vnde cātat eccl̄a Maria mater gracie mater mīe ꝛc̄. Aperit quidē bonis impetrādo grām Vnde dicit Maria mater gracie ꝛc̄. Aperit malis obtinēdo remiſſionē ꝛ miāꝫ. Vnde dicitur Mater mīe ꝛc̄. Aperit viuis eos ab demonū inſidijs ptegendo Vnde dr̄ Tu nos ab hoſte ptege. Aperit mortuis eos ad glām deducendo. Vnde dicit. In hora mortis ſuſcipe ꝛc̄.

Sermo. xcix. De Annūciatione beate marie v̓ginis. ſermo ſcd̓s.

Viſitaſti terram et inebriaſti eā ꝛc̄. multiplicaſti locupletare eaꝫ. ps̄. Genus huānū p xp̄i redēptionē redemptū. recolēs xp̄i redemptionē ſcu redēptionis ſue beneficiū deo regraciať. Et dicit viſitaſti terrā ꝛc̄. In quib9 v̓bis ponūť q̄tuor pſone que ad xp̄i incarnatōez cooperanť. Primo poniť pſona angeli qui ipſā ſalutando viſitauit: cū dicit Viſitaſti ſcꝫ p angelum Et iſte coopatus eſt ad xp̄i incarnatōnem. p modū ſalutandi. nūciandi. cōmendandi et inducēdi Iſtud eſt quadruplex officiū parimphi. ſcꝫ ſponſaꝫ ex pte ſponſi ſalutare. voluntatē ſpōſi ſibi apire Sponſū multipliciť cōmendare. et ipſā ſponſam ad cōſenciendū inducere. Ipſe igiť pmo virginē ſalutauit: cū dixit Aue maria gracia plena. voluntateꝫ ſponſi ſibi inſinuauit: cū ait Ecce concipies ꝛc̄. Ipſum ſponſū multipliciter cōmendauit: cū ait Hic erit magn9 ꝛc̄ Ipſā ad ꝯſenciendū induxit: cū ait Spūs ſcūs ī te ſupueniet. Ac ſi dicat nō timeas ꝯſentire. qꝛ nō ꝯcipies huāno ſeine ſ; miſtico ſpiramīe Scd̓o poniť pſona v̓ginis que ſaluatorē gn̄auit: cū dr̄. terraꝫ Que quidē opata eſt ad xp̄i incarnationē p modū cōſenciendi ſubminiſtrandi cōfouendi et educandi. Ipſa quidē mrīmonio ſpūali conſenſit: cū dixit Ecce ancilla dn̄i Et iō fuit legittima mr̄. qꝛ in quolibꝫ mrīmonio cōſenſus reqriť. vt ſcꝫ aliq̄ mulier hēať Cōſenſit aūt aīo: cū dixit. Magfīcat aīa mea dn̄ꝫ Cōſenſit ſigno: cū dixit Et exultauit ſpūs me9 ꝛc̄. Gaudiū quidē qd̓ erat in corde exultauit. i. extra ſaltauit. exteri9 in facie Cōſenſit v̓bo: cū ſubdiť. qꝛ reſpexit huilitatē ācille ſue Et qn̄ dixit Ecce ācilla dn̄i. Scd̓o materiā ꝯuenientē ſubmiſtrauit Ipſa em̄ materiā cōuenientē ad pductioneꝫ plis miſtrauit. ideo fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Ideo dicit̃. Ihere. xxxi: Nouū faciet
dominus ſup terrã mulier ēm circun
dabit viꝝ. Homo circūdat quod eſt
ſuuꝫ ꝓprium. nō qḋ eſt alienū. vͦgo
ei pueꝝ ſola circūdedit. qꝛ xp̄i caro
tota ſua ꝓpria fuit. Omnis ēm figu
ra ꝑ ficit̃ ex pluribus lineis qꝛ corpꝰ
alioꝝ pueroꝝ format̃ ex cōmixtione
vtriuſqꝫ ꝑentis. In vͦgine autē fuit
circūdatio. qꝛ circularis forma tātū
vna linea claudit̃. qꝛ corpus xp̄i for
matuꝫ eſt ex ſola carne vͦginis incor
rupta. Illud eciã quod eſt circumda
tuꝫ ex omni pte eſt clauſū. Sola igi
tur vͦgo circūdedit qꝛ in cōceptione
⁊ partu vͦgo permāſit. Tercio ī vte
ro nouē menſibus ⁊ decimum attin
gens ipſuꝫ fouit. ⁊ ideo fuit vͦgo et
vera mater. locus ei cōueniens ⁊ di
ſpoſitus matcis operat̃ ad bonitatē
ꝓlis q̃ſi prebens fomētuꝫ eidem. Be
ata igit̃ vͦgo maria locuꝫ cōuenien
teꝫ ⁊ nutrimētuꝫ cōueniens ꝯceptioī
fetus p̄buit. Et iō vera mater fuit. i.
deo xp̄s dixit. Sap. vij. Decē mēſibꝰ
coagulatꝰ ſuꝫ in ſanguie. Quarto
ipſū ſollicite educauit. ⁊ fuit ſtudio
ſa mater. Nā ipſū pānis inuoluit ī p̄
ſepio reclinauit ⁊ faſcia ꝯſtrinxit ⁊
lacte pauit. Eſt āt lac ſanguis ſecun
do in operibꝰ coctus de mamillis tra
hens albedinē ⁊ ſaporoſitatē. Sang
uis vͦginis bis igne ſpūs ſci fuit ex
coctus ſcꝫ qn̄ ipſā in vtero ſcificauit
⁊ qn̄ in eā ſuꝑuenit. ⁊ ſic lac eiꝰ ha
buit albedinē. qꝛ fuit vͦgineū. ſapo
roſitateꝫ. qꝛ fuit a ſpū ſācto depura
tū. et vbertatē. qꝛ fuit de celo mini
ſtratuꝫ: iuxta illud. Sola virgo lac
tabat vbere de celo pleno. Tercio
ponit̃ pſona ſpūs ſci q̃ ipſam iebria
uit cuꝫ dicit̃: inebriaſti eaꝫ. Qui q̃dē
ſpūs ſcūs ſm io. dam opatꝰ ē ad xp̄i
incarnationē dādo ſcꝫ matri ſcifica
tionis grãꝫ ſemini diuinitatis potēti
ã receptiuã ⁊ vͦgini potētiã gn̄atiuã

Tria nāqꝫ erāt olim impoſſibilia. v
nū qꝫ aliq̃ mater ſine pccō ꝯcipet. i
deo ſpūs ſcūs eā in vtero ſcificās ⁊
in eā poſtmodū veniēs ſibi dedit ſci
ficationis grãꝫ vt ſine pccō ꝯcipet ⁊
pareret. Ps. Scificauit tabernaculū
ſuū altiſſimꝰ. Secūdū impoſſibile eāt
vt feia intra ſuū corpꝰ deū recipet.
ideo ⁊ ſpūs ſcūs ſibi ḋdit verbi diui
nitatis potētiā receptiuā. Apo. xij. Si
gnū magnū apparuit ī celo mlr amī
cta ſole. Tūc ei ſole amicta fuit qn̄ ḋ
um ī vtero ſuo cōcepit. Terciū impo
ſſibile erat vt vͦgo gn̄aret. Ideo ſpi
ritꝰ ſcūs ei dedit vͦtutē gn̄atiuā. qꝛ
vͦgo ꝯcepit. vͦgo ꝑpit. iō aſſilatur
api. Ecc. x. Breuis ī volatilibꝰ ē apis
iniciū dulcoris hꝫ fructꝰ illiꝰ. Ipa ēm
fuit apis qꝛ vͦginitate ornata. qꝛ ſm
Amb. Oēs apes vͦgines ſūt. fuit bre
uis qꝛ huilitate p̄dita. fuit volatilis
qꝛ in celeſtibꝰ eleuata. fecit fructuꝫ
dulcoris qꝛ celeſti ꝓle fecūdata. Qr̃
to ponit̃ pſona filij q̃ ipſā multiplica
ē locupletauit. dū ex ea carnē aſſūp
ſit qḋ notat̃ cū ḋr. mltiplicaſti locu
pletaſ̃ eā. Aſſūpſit āt ipãꝫ carnē ſn̄
diuinitatis pollutioē. ſn̄ diuinitatis
mutatōe cū vͦginitatis ꝯſuatōe ⁊ ꝓ
nrā ſaluatōe. Iſta q̃tuor tāgit eccīa
dicēs. magnū hereditatis miſteriuꝫ/
tēplū dei fcūs ē vterꝰ neſciēs viꝝ/ ec
ce qꝛ recepit carnē cū vͦgitatis ꝯſna
tōe/ ſn̄ ē pollutꝰ ex ea carnē aſſumēs/
ecce qꝛ recepit ſine diuitatis polluti
ne. Miābile miſteriū ḋclarat̃ hodie
Inouāt̃ natuē: ecce q̃ recepit cū nrā
ſaluatōe/ ḋs hō fcūs ē id qḋ fuit per
māſit ⁊ qꝫ nō erat aſſūpſit/ ecce qꝛ ē
cepit ſn̄ ſue diuitatis mutatōe/ Aſſū
pſit igit̃ prio cū mris ꝯſuatōe qꝛ ip
ſā illibatā ſuauit. Hꝰ exēplū ponit
bn̄. ſic dicēs ſic ſn̄ corruptōe ſui ſidꝰ
emittit radiū. ſic abſꝫ ſua leſioē vͦgo
ꝓtulit filiū/ nec ſideris radiꝰ ſui mini
uit claritatē nec vͦgis filiꝰ itegritatē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Huius exemplū ponit Aug. in li. de
fide ad petr̄ dicēs Predicauit iſtum
viſibilē ſolē radios ſuos p oēs feces
ſpargē et eos mūdos et ſinceros ſer
uare Si ergo viſibilia munda viſibi
libus immūdis cōiungi pñt et nō co
inquinari. qñto magis inuiſibil' veritas
totū hominē ſine ſui cōtamnatione
aſſumpſit eciā cū nrā ſaluatōe. Nam
ſicut dicit Dam̄. Totū me tot⁹ aſſūp
ſit vt michi toti ſalutē gratificet. vē
totū. ſicut habet̄ in tercio ſentēciar̄.
Cum q̄druplex ſit ſtat⁹ hoīs ſcz ante
peccatū ſub pccō ſub grā et in glā.
xp̄us de p̄mo aſſumpſit pcā immuni
tatē. de ſcdo penalitatē. de tcio grē
plenitudinē. de qr̄to nō poſſe peccare
Aſſūpſit ſine ſue diuinitatis mutatōe.
hui⁹ exemplū ponit Aug. dicēs Non
oz v̄bū eſſe mutatū ſuſceptōe hoīs.
ſic nec mēbra veſte induta mutant̄.
q̄uis illa ſuſceptio ineffabilit̄ ſuſcep
tū ſuſcipienti copulauerit.

Sermo Centeſim⁹ De eod. ſmō iii

Egredietᷣ v̄ga de radice yeſſe
Et flos de radice ei⁹ aſcēdet
Et reqeſcz ſup eū ſp̄c dnī ⁊c̄
Iſa. xi. Olim terra nrē nature male
dicta erat. qr̄ tūc ſpinas et tribulos
germinabat. nūc aūt eſt bñdicta. qr̄
bñdictā virgā ꝓtulit et bñdictū flo
rem ꝓduxit Et iō de hoc ꝓphetizans
Yſa. dicit. Egredietᷣ virga de radice
yeſſe ⁊c̄. In qb⁹ v̄bis ꝓpha tria ſcri
bit. Primo virgā egredientē. i. de v̄
gine naſcentē: cū dt Egredietᷣ virga
de radice ⁊c̄. Dicitᷣ aūt v̄go v̄ga tri
plici de cauſa. Primo qr̄ fuit gracil'
p humilitatē. Et q̄uis gracil' fuit tñ
plus q̄ ſeptingētis ānis poſt yſaiam
fuit. et q̄uis fuit gracilis tñ maximū
fructū portauit quē celū et t̄ra cape
nō pñt q̄ ſufficit ad mūdi redēptionē
et ad plenam angelor̄ et hoīm refor
mationē. licet fuit gracil' tñ totū mū
dum ſuo robore ſuſtentauit. Nam in
paſſione xp̄i columpne mundi. i. apli
fuerunt concuſſe Ipſa autē tanq̄ co
lumpna immobilis ſtetit et tot⁹ mū
dus ſup eam innixus fuit. Scdo dicitᷣ
virga. qr̄ fuit flexibilis p pietatē in.
Can̄. iij. Que eſt iſta que aſcendit p
deſertū ſicut virgula fumi ⁊c̄. Ipſa
eñ fuit virgula. qr̄ flexibil' p pietatē
Et fumi. qr̄ cōcremata p caritatē ex
aromatib⁹ mirre. qr̄ fugat diabolicā
temptationē. et thuris. qr̄ reſtingit
fluidas cogitatōes. pulueris pigmē
tarij. qr̄ delectat et cōfortat omnes
virtutes. Tercio dicitᷣ eſſe virga. qr̄
eſt vtilis p officior̄ multiplicationē.
Vſus eñ virge aliqñ eſt ad dominij
oſtenſionē. aliqñ ad defenſionē ſiue
ad pcuſſionē. aliqñ ad regimen ſiue
directionē. aliqñ ad ſuſtentationem
Ad iſtud q̄druplex officiū ſiue vſum
data eſt nobis v̄go maria Vnde ipā
dicit Ecc. xxiiij. Ego mater pulchre
dilectiōis ⁊c̄. Data quidē eſt nobis
tanq̄ mr̄ ad dnāndū. Vnde dt. Ego
mr̄. Ps. Virgam v̄tutis ſue emittet
dñs ex ſyon. dn̄are i medio inimicor̄
tuor̄. data eſt nobis ad defendendū
et pcutiendū ſcz demones quib⁹ ipſa
eſt valde terribilis Ideo dicit mater
tiōris Numeri. xxvij. Cōſurget v̄ga
de iſrahel et pcutiet duces moab. da
ta eſt nob̄ ad directionē. ideo dr̄ mr̄
agnitōnis Mich. v. Paſce ꝓplm̄ tuū
in v̄ga tua. Et pt̄ eſſe v̄bū pr̄is ad fi
lium Ac ſi dicat Sicut paſtor dirigit
gregē ſuū p v̄gā ſuā. ſic et tu paſce
et dirige ꝓplm̄ tuū p mrēz tuā. data
eſt nob̄ ad ſuſtentatōnē. iō dr̄. Scē
ſpei. ps. Virga tua et baculus ⁊c̄.
Ipſa eñ eſt v̄ga inq̄tū demōes pcu
tit. et bacul⁹ inq̄tū debiles ſuſtētat
et regit. Scdo ꝓpha deſcribit florē
aſcendentē: cū dicit Et flos de radice
ei⁹ aſcēdet. ⁊ cū debēt dici ɔuenienti⁹
vt videt̄ aſcēdet de v̄ga dixit aſcēdē
de radice. vt oñdat hoc factū eē p di

infinitã claritatẽ. q2 yeſſe incendiuz
interp̄tat̄ vt oſtẽdat in xp̄o nature
humane veritatez. q2 inde ſūpta eſt
caro floris. vnde traxit originẽ caro
radicis Dicitur ãt xp̄s flos ꝓp̄t tres
rõnes Primo ꝓpter gn̄ationẽ. flos
nanq3 gn̄atur a calore ſolis ⁊ infuſi
one roris ⁊ ſine aptione arboris Sic
ad cõceptionẽ xp̄i calor ſpūs ſancti
ſe infudit ⁊ ipſã incarnationẽ fecit.
Ros diuine gr̄e ſupuenit. q̄ virgini
obumbrauit ⁊ nullã ↄpertionem ptu
lit ſed v̓go cõcepit Secūdo ſignifica
tur xp̄s p florem q̄tū ad odorationẽ
Habet ei odorẽ patrẽ afficientem.
Et q̄tū ad hoc eſt ſimilis odori ſacri
ficij Geñ. viij. Odoratus ẽ dn̄s odo
rem ſuauitatis ⁊ c̃. Odorẽ dmones
expellentẽ Et q̄tū ad hoc eſt ſimilis
odori mirre que expellit vermes Ec
cle: xxiiij. Quaſi mirra electa dedi ſu
auitatẽ odoris. Odorẽ hominẽ a pu
tredine peccati ↄſeruantem Et q̄tū
ad hoc ẽ ſimilis odori balſami. Ibidẽ
Quaſi balſamū nõ mixtuz odor me9
Odorẽ nunq̄ deficientẽ. flos q̄dem a
uulſus. attritus ⁊ arefact9. odorẽ ſuū
nõ p̄dit Sic ⁊ chriſt9 fuit auulſus in
morte Pſa. liij Quaſi ei abſciſus eſt
de terra viuẽtiuz. arefact9 in cruce.
pſ Aruit tanq̄ teſta v̓tus mea. attẽ
tus i flagellatione Pſa: liij. Attrit9
ẽ ꝓpter ſcelera nr̄ã Et odorẽ ſuū nõ
perdidit ſed ſemp ſuauit Amb flos
odorẽ ⁊ ſuccisus ſuat ⁊ cõtract9 accu
mulat nec auulſus amittit. Ita dn̄s
in patibulo crucis. nec cõtrit9 emar
cuit. nec auulſus euanuit. ⁊ lancea
punctõnis ſuccisus ſole ſpecioſior fu
ſi cruoris coloẽ vernauit Tercio aſſi
milatur xp̄s flori q̄tuz ad flor2 varie
tatẽ. nã aſſimilatur viole ꝓp̄t huili
tatẽ Cant. i. Ego flos cãpi Viola nã
q3 dicit̄ flos cãpi. q2 inter flores cam
pi obtinet pricipatū. vel in ptib9 vl
tramarinis dr̄ naſci q̄daz flos q̄ flos
campi dr̄ qui h3 ſtipitẽ aſper2 ⁊ qui
q3 folia rubea. ⁊ ſignificat xp̄m q̄ p
tulit aſperitatẽ crucis ⁊ quinq3 vul
nera paſſionis. Aſſimilat̄ roſe ꝓpter
nimiã caritatẽ p quã ꝓ nobis ſe ſan
uine rubricauit. Ecci. i. Quaſi flos
roſar2 in dieb9 verni Aſſimilatur lili
o ꝓpter puritatẽ Cant. i. Quaſi liliū
conuallium Tercio ꝓpheta ponit ſpm̄
requieſcentẽ cū dr̄. Req̄eſcet ſup e
um ſpūs dn̄i In alijs homib9 ſpūs n̄
req̄eſcit. q2 hab3 ibi aliquid aut per
modū contriſtãtis ſicut pctm̄ mor̄le
ↄmiſſionis Eph. iiij. Nolite cõtriſta
re ſpūm ſcūm dei Aut p modū extin
guentis. ſicut pctm̄ mortale oimſſio
nis. i. Theſſ. v. Spūm nolite exting
uere Aut p modū aduerſantis ſicut
ẽ veniale ⁊ ſenſualitas Gal. ij: Caro
cõcupiſcit aduerſus ſpūm. ⁊ c̃. Aut
p modū moleſtantis vt tumult9 ſol
licitudinū cõtrarietas deſiderior2 p
turbatio paſſionū In xp̄o autẽ ſpūs
ſcūs req̄euit pfecte. q2 nihil in eo fu
it q̄d ſpūm ſcū3 cõtriſtaret vt ẽ pec
catū ↄmiſſionis. i. Pe. ij. Pctm̄ non
fecit ⁊ c̃ Nihil q̄d extingueret vt eſt
pctm̄ oimſſionis. yſai. v. Quid eſt
q̄d debui facere vinee mee ⁊ nõ feci
Nihil q̄d aduerſaret̄ q2 ſenſualitas
rõni in oĩbus obediuit Nihil q̄d mo
leſtaret q2 null9 tumult9 ſollicitudi
nu3. nulla cõtrarietas deſiderior2 nl̄
la pturbatio paſſionū in eo fuit. In
hac ei archa oĩa erãt pacifica. Hinc
ẽ q corū9 req̄euit in cadauere. q2 di
abolus req̄eſcit i peccõre Iob. xi. Sb
vmbra dormit ⁊ c̃ Colūba req̄euit
in viridi arbore. q2 ſpūs ſcūs req̄eſ
cit in ſcõr2 mẽte q̄ ſunt virides corã
deo Ihe. xvij. Erit foliū e9 viride. tñ
in hac vita nõ req̄eſcit pfecte. ideo
colūba de viridi arbore ad archa3 re
dijt. archa vero req̄euit in mõte. q2
xp̄s qui ẽ archa ſcificationis requie
uit in ſpūs ſci altitudiẽ ⁊ plenitudiẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Vnde ⁊ in euãgelio nazareoꝝ ſic ſcp
tuz eſt Factũ eſt cũ aſcẽdiſſet domi
nus de aqua deſcẽdit foris omnis ſpi
ritus ⁊ reqeuit ſup eũ ⁊ dixit ei. Ex
pectabã te in omibꝰ ꝓphetis vt veni
res ⁊ reqeſcerem in te Tu es enim
requies mea. ¶ Sermo xC.i.

De eodẽ die Sermo quartus.

Miſſus ẽ gabriel angelꝰ a dõ
in ciuitatẽ galilee Lu.i.⁊c
Olim miſſus fuit diabolꝰ ad
euam inferens ꝑuã ſuggeſtionẽ. mẽ
dacẽ aſſertionẽ ⁊ fallacẽ ꝓmiſſionẽ.
Sed hodie mittit angelꝰ ad vginem
offerẽs reuerẽdam ſalutationẽ. cuz
dixit. Aue grã plena. verã aſſertio
nez cũ dixit. Inueniſti grãm apd do
minũ Vtilẽ ꝓmiſſionẽ. cũ dixit Ecce
cõcipies. Quãuis autẽ ds olim miſe
rit multas legationes ⁊ ãbaciatas p
angelos ſuos ⁊ ꝓphetas ſuos. Iſta
tñ fuit maior ⁊ dignior ꝙ vnqꝫ miſit
qd patet ex qtuor. Magnus ei ẽ ille
qui miſit. ⁊ magnꝰ nunciꝰ quẽ miſit
magna pſona ad quaz miſit. magna
cauſa ꝓpt quã miſit Primo igit magnus ẽ ille q miſit. quod notat cum
dicit A deo.i. a tota trinitate Nã pa
ter ibi poſuit ſuã potentiã. filiꝰ ſuã ſa
pientiã: ſpũs ſcũs ſuã graciã Tria ei
olim erãt ipoſſibilia. vnũ ꝙ aliqua
femina intra ſuũ vterꝝ deuz cõcipet.
ideo pater poſuit ibi ſuã potentiã. qꝛ
potentiaz receptiuã diuinitatis pater
beate vgini marie dedit vt intra ſu
um vterꝝ poſſit ↄcipere deũ Vnde an
gelꝰ Lu.i. Hunc ↄceptũ p dei poten
tiã ꝓbauit Nõ erit inquiens impoſſi
bile apud deũ omẽ vbum: Apo.xii:
Signũ magnũ apparuit in celo .i. in
eccia militãte mulier amicta ſole id
ẽ fulgida diuinitate Secũdum impo
ſſibile erat ꝙ vgo exiſtens virgo ↄ
ciperet. ideo filius poſuit ibi ſuam ſa
pientiã. quia ſaluo ſigillo virginita
tis ſapienter ſciuit intrare: ⁊ ſapien
ter exire. hec eñ eſt illa porta. de q
dr Ezec.xliiii. ꝙ omni homi ẽ clau
ſa niſi ſoli principi qui intrat ⁊ exit
p eam Tercium impoſſibile erat ꝙ ali
qua mater ſine peccato filiũ genera
ret Ideo ſpũs ſcũs poſuit ibi ſuã gra
ciam qui ipſã vginem in vtero ma
tris ſcificauit Et poſtmodũ in cõcep
tu in eam ſupuenit ⁊ eã purgauit at
qꝫ mũdauit. ita ꝙ ſine peccato con
cepit Ideo dicit. quod eñ naſcet ex
te ſanctum vocabit ⁊c. Secũdo ipſa
legatio fuit magna. qꝛ ſcz magnus
nunciꝰ quẽ miſit. quod notat cuz dr
Miſſus ẽ angelꝰ gabriel. Eius autez
magnitudo apparet ex tbus magis
officiis que in curia dei habz Vnũ ẽ
aſſiſtentia apud deuz Lu.i. Ego emz
ſuz gabriel ãgelus qui aſſiſto ſemp
ante deuz Secundum ẽ victoria ꝑlio
rum. vnde dt Glo. ſuper Dañ. viii.
Gabriel ꝑliis prepoſitꝰ eſt. ideo ga
briel fortitudo di iterpretatur. Ter
cium eſt reuelatio ſecretorum. Dañ
viii. Gabriel fac intelligere iſtaz vi
ſionez Ecce ꝙ magna officia. Mag
num enim eſt ſecreta reuelare: ma
ius victoriam in preliis tribuere. ma
ximum ante deum ſemp aſſiſtere Et
ſic videmus ꝙ papa habet tres diffe
rentias nunciorꝝ ſiue legatoruz. quo
rum quoſdaz mittit ad negocia ma
gna: et iſti dicuntur nuncii Quoſdã
ad negocia maiora. iſti dicuntur le
gati non ex latere: Quoſdam ad ne
gocia maxĩa. et iſti dicuntur legati
ex latere Sic deus quoſdã mittit ad
negocia magna vt ãgelos. quoſdã
ad negocia maiora vt archãgelos.
quoſdã ad negocia maxima vt ſcz il
los de ſuprema ierarchia q ſemp do
aſſiſtunt Et iõ de illis legatis de latẽ
q ſũt iſtiꝰ ſupme ierarchie. qdã ãge
lũ gabriel affirmãt fuiſſe. vñ dt gre
g. Ad mariã ſũmꝰ ãgelꝰ mitti dbuit
qui ſummum omnium nunciauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

¶ Tercio hec legatio fuit magna. quia
magna pſona fuit ad quã fuit miſſꝰ.
qd notatur: cũ dr̃ Ad virginez deſpon
ſatam viro ioſeph. De qua duo dñr
ſcz. ꝙ fuit et virgo et deſponſata.
Ideo videndũ eſt q̃re xp̃s naſci voluit
de virgine. et q̃re de deſponſata. De
v̓gine quidẽ dñs naſci voluit ſcḋm An
ſelmũ. vt opa ſua pficeret et cõplet̃
Quatuor aũt mod̓ deus hoĩez facẽ pt̃
ſcz ſine hoĩe et feĩa. ſicut fecit Adã.
De hoĩe ſine feĩa. ſicut fecit pmã ma
trez Euã. De hoĩe et de feĩa. ſicut fe
cit nos Et ideo vt opa dei eẽnt pfcã
Quartũ mod̓ faciendi hoĩez addidit
et filiũ ſuũ de feĩa ſine hoĩe naſci vo
luit. vt habet̃ Deut. xxxij. Dei pfcã
ſunt opa. De deſpõſata naſci voluit
dñs ihs xp̃s: vt in quolibet ſtatu ſa
lutẽ eẽ oſtenderet. ſcz in ſtatu v̓ginali
mtrimoniali et viduali. ideo ipſa btã
maria fuit v̓go incorrupta et deſpõ
ſata. et poſt mortẽ ioſeph vidua dẽ
licta. ¶ Quarto iſta legatio fuit mag̃
qr mag̃ cã ꝓpter quã miſit. Cõmiſit
eñ ipſe deus angelo q̃tuor legatões
Prima vt ipſam beatã virginẽ ſalu
taret: qd fecit qñ dixit Aue grã plenã
Bernardus. Inducit nos ad ſalutatõ
nem marie Gabriel exemplũ Johã
nis tripudiũ. et reſalutatõis lucr̃.
Scḋa legatio quã cõmiſit deus ãglo
eſt. vt ſalutatã cõfortaret Cum eñ
virgo ſalutatõnem audiuiſſz turba
ta eſt in ſermone angeli. Beata er
go virgo maria turbata fuit nõ tur
batione impacientie ſed verecundie.
pauoris et admiratõis Angelus ãt
in ſpecie iuuenis ſpecioſi ad eam in
trauit in cubile. ideo fuit multũ tur
bata et pauefacta. Vnde cantat̃. Et
expaueſcens virgo de lumine. Nouã
et inſolitã ſalutationez angelus btẽ
virgini fecerat. ideo fuit ſcḋo turba
ta .i. admirata. ideo angelus beataz
virginẽ ſic verecundatã ſic pauefac
tam. ſic admiratã cõfortauit dicẽs.
Ne timeas maria. Propriũ eñ boni
angeli eſt terrere in principio. cõfor
tare in medio et letificare in fine.
Mali aũt angeli: qui ſe transformãt
in angelos lucis. in principio quidez
terrent multũ. et in medio magis.
et in fine maxime terrent. Tercia le
gatio que cõmiſſa fuit angelo ex pte
dei ad beatã virginẽ eſt vt cõforta
tam magnũ filium generaturã nũci
aret: cum dixit. Ecce concipies et pa
ries filium ⁊c̃ hic erit magnus ⁊c̃.
Vbi oſtendit ipm̃ eſſe magnũ ex ori
gine: cũ dixit Filius altiſſimi vocabit̃
Ex potenti dñatione: cum ait. Dabit
illi dñs deus ſedem dauid patris eiꝰ
Ex nobili ſubditoꝝ poſſeſſione: cum
dicit Et regnabit in domo iacob in
eternũ. Non dixit in domo Eſau. qr
nõ regnat in mal̃ ſed in bonis Et ex
eterna duratione: cũ dixit. Et regni
eius nõ erit finis. Quarto. qr ipſã
generantẽ virginitatez ſeruaturã p
mitteret Queſiuit eñ maria dicẽs.
Quõ fiet iſtud quoniã virũ nõ cog
noſco Ac ſi dicat Cũ tres ſunt modi
generandi filiũ. ſcz ſpũaliter. natuã
liter et ſupſubſtancialiter. Si intelli
gas. ꝙ generabo ipm̃ ſpiritualiter.
magnũ quidẽ erit. ſed tamen ad me
michil ptinebit. Si aũt intelligas. ꝙ
naturaliter ſcz ꝙ voluntas dei ſit. vt
de ſponſo meo ioſeph. natuãli more
generẽ Maius quidez erit Gaudebo
eñ de tã nobili prole ſ non gaudebo
de pdita virginitate. Si autẽ intelli
gis. ꝙ ſupſubſtancialiter et miracu
loſe. hoc quidez maximũ erit Gaude
bo eñ de tã nobili prole et ꝯſeruato
pudore Et tunc angelus ei expoſuit
ꝙ tercio mõ ꝯciperet ſcz ſupſubſtan
cialiter dicens. Spũs ſcũs ſupueniet
in te et virtus altiſſimi obumbrabit
tibi. Et conuenienter dicit Obumbra
bit tibi. Deus eñ lux eſt inacceſſibil̃

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

prime Thi. vi. Lucē habitat inacce
ſſibilez. eſt ignis inextinguibilis. He
b. xij deus nr̄ ignis ↄſumēs Eſt ⁊ dul
cedo ineffabilis Eccī. xxiiij Spus me
us ſup mel dulcis. Virgo igit̄ hũdo
deuz in ſuo vtero habuit lucē inacce
ſſibilez. ignē in extinguibilē. ⁊ dul
cedinez ineffabilē Sed ſi oculꝰ ad vi
ſũ ſolis reuerberat̄. ſi caro modico
carbonis tactu nō patit̄. ſi ex immen
ſitate gaudiis q̄s morit̄. quō v̓go be
ata que purá creaturá erat potuit re
ſpicere in lucē tā infinite claritatis
pati tantũ caminũ diuinitatis: ſuſti
nere dulcedinē tā infinite iocūdita
tis? Procul dubio nō potuiſſet niſi
v̓tus altiſſimi obumbraſſet Lux em̄
inacceſſibilis ſe ſibi obumbrauit qñ
teſte. i. terrene carni ſe vniuit Et ſic
lucē in teſta tanq̄ȝ in lucerna videre
potuit. Ignis q̄dez inextinguibilis
⁊ diuinus ſe ſibi obumbrauit. qꝛ in
ter ſe ⁊ animā v̓ginis corpꝰ aſſũptũ
mediũ poſuit. ⁊ ſic calorē ſuſtinere
potuit Dulcedo ieffabilis ſe ſibi obũ
brauit qꝛ tantā dulcedinē carne ve
lauit. ſicut hō habēs in ore aliq̄d dul
ciſſimũ. tātaz dulcedinē tēꝑat qꝛ ali
quo extriſeco ipſā velat. bene ergo
dr̄. vtus altiſſimi obũbrabit tibi dũ
⁊ lux teſte ſe vniuit ⁊ ignis mediuz
interpoſuit. ⁊ dulcedo ineffabilis ſe
velauit Tũc maria ſic ſalutata. ſic
ↄfortata. ſic de magnifica ꝓle letifi
cata. ſic de pudore certificata. ait ec
ce ancilla dn̄i ⁊ c̄. Nō eſt credenduz
q̄ iſta ſic leuit̄ ꝓtulerit ſed q̄ ipa i
terra genua flexit terrā oſculata ē.
oculos ad celũ leuauit. manꝰ ⁊ bra
chia in celũ extēdit ⁊ ſic cū magno
gaudio dixit Ecce āncilla dn̄i. ⁊ c̄.

Ser. Cij. de eodē ſermo quintus

Ave grā plena ⁊ c̄ Nullꝰ ſuffi
cieuē laudaē ⁊ ſalutaē pt il
lā quā ſalutauit āgelꝰ dicēs
Aue grā plena: quā ſcificauit pr̄ al
tiſſimus Ps̄ Scificauit tabernaculũ
ſuũ altiſſimꝰ quā reueret̄ dei fiꝰ Lu.
ij. Erat ſubditꝰ illis. cui ſe cōmiſit
ſpūs ſcūs Lu. i. ſpūs ſcūs ſupueniet
in te. quā totꝰ btificat ⁊ admiratur
mũdꝰ Ibidē. Ecce em̄ ex hoc beataz
me dicēt oēs gnationes. Quāuis āt
digni nō ſumꝰ tamē eā ſalutare de
bemus ⁊ ꝓpter debituz. ⁊ ꝓpt̓ exem
plũ. ⁊ ꝓpter fructũ. Debitũ q̄dem ē
qꝛ ſalutatio debet̄ amicis. beneficis
⁊ dominis Et ipa eſt amica nrā Cā
t̄. ij. Surge ꝓpera amica mea Eccī.
xxiiij. Ego mat̄ pulchre dilectōis
.i. q̄ pulchre diligo ⁊ pulchre amari
volo. Eſt ⁊ bñfica nrā Sap. vij. vene
rũt mihi oia bona pit̄er cū illa. ⁊ do
mina nrā Eccī. xxiiij. in omni ꝑplo.
⁊ i oi gente p̓matũ tenui ⁊ c̄ Ipa ei
dñatur i celo. iō dt̄ In oi ꝑplo ſcz an
geloꝝ In mũdo iō ſbdit. ⁊ in oi gē
te p̓matũ tenui. In inferno iō ſbdt
Omniũ excellentiũ ⁊ ſublimiuz colla
ꝓpria v̓tute calcaui. Quia ergo eſt
amica nrā dēmꝰ eā ſalutaē deuote.
Et ille duote ſalutat q̄ ſalutat eā cū
ſincera intētione. cū cordis attētioē
⁊ cū fidei duotione Quia igit̄ benefi
ca nrā ē debet ſalutari frequēter. ꝑ
ſa. xxiij Sume citharā. i. ſalutationē
angelicā ⁊ circui ciuitatem. i. beatam
v̓ginē in qua eſt vnitas ciuiũ. i. cogi
tationũ in ipſũ deum vnitaꝝ. deīn̄d
ſubdit Bene cane. frequēta cāticũ
vt meōria tui ſit Quia ē dña nrā de
bz ſalutari humilit̄ ſcz cū genuflecti
one Nō ē magnũ ſi hō ad ſalutatio
nē illā genua ponat in t̄raz. ad cuiꝰ
ꝯplationē rex regũ deſcēdit i t̄rā. nō
ē miꝝ neq̄ȝ magnũ ſi ſe huiliat v̓mi
culꝰ cū ad illā ſalutatōnē altiſſimꝰ fa
ctus ē puꝰ. nō ē magnũ ſi hō genua
in terraz figat. quādo reginā celi ⁊
terre ſalutat Secūdo debemꝰ eaz ſa
lutare ꝓpter exemplũ Dēmꝰ ei exē
plũ ab angelo qui eam ſalutauit in

thalamo A iohē qui eaʒ ſalutauit in
vtero A filio q̄ eaʒ ſalutauit in celo
iij. Regū. i. Surrexit rex ī occurſum
mris. adorauitq̄ʒ eā. i. ſalutauit. ido
debe m⁹ erubeſcē eā. ſcʒ nō ſalutare
poſtq̄ꝫ tales eam ſalutant. Eccl. xli.
Erubeſce a ſalutantibus de ſilentio.
Tercio debe⁹ eā ſalutare ꝓpt̄ fructū
Ipſa em̄ ſalutanteʒ reſalutat. Eccl.
xxiiij. Obuiabit illi q̄ſi mr̄ honorificata
Obuiam⁹ em̄ ſibi orōibus deuotis.
Obuiat ipſa nob̄ auxilijs oportunis
dando ſcʒ nob̄ panē grē Vnde ſbdit
Cibauit illū pane vite et intellectus
virtutē pſeuerantie Vnde ſubdit̄. Et
firmabit̄ in illo et nō flectet̄. et exal
tationē glorie. Vnde ſequit̄. Et exal
tauit illū apud ꝓximos ſuos Vel pt̄
dici q̄ꝫ hec ſalutatio eſt dicēda. quia
v̓gini multū placet ⁊ diabolo multū
diſplicet. hominibus multū prodeſt.
Placet quideʒ v̓gini qn̄ audit ſaluta
tōnem quā ſibi detulit fidelis paranim
phus que ſibi gaudium maximū fuit
Vnde dixit. Exultauit ſpūs me⁹ ⁊ c̄
Qn̄ audit celeſtem cautionē quā ſibi
detulit ioculator deuotus que cautio
tante ſuauitatis fuit q̄ꝫ ꝓuocauit ad
cantandū et ipſā: cū dixit Magnificat
aīa mea dn̄m. et angl̄os qn̄ dixerūt
Glā in excelſis deo et totū mūdum.
Ps̄. Letent̄ celi et exultet terra Qn̄
audit epiſtolā quā ſibi detulit fidelis
nūcius in qua cōtinebat̄ ꝓſperitas
amicoꝝ redemptio captiuoꝝ ⁊ victo
ria hoſtiū Prouē. xv. Aqua frigida
aīe ſitienti ⁊ c̄. Iſta aūt epiſtola ſm
Bernardū. fuit in cōſiſtorio diuinitatis
ſeu trinitatis dictata digito dei deſcp
ta et vni de fortiſſimis palacij ad de
ferendū delegata. Qn̄ audit ambaci
atā quā ſibi detulit ſolēnis legatus
p quā ſibi annūciabat q̄ꝫ in reginaʒ
erat aſſumenda Bernardus. Egredit̄
gabriel de rege ad reginā de impera
toē ad imperatricē. ⁊ eo forte alacri⁹

vt ſcʒ cū angeli ꝓus regē haberent
habituri eſſent et reginā. Scdo dia
bolo multū diſplicet. diſplicet ei ſibi
illa ſalutatio. qꝛ ſibi eſt ad diſſecatō
nem. Cum em̄ ſit inuidus diſſecatur
videns q̄ꝫ p illā ſalutationē hō acqui
rit ſaluteʒ. Diſplicet ſibi illa cautio.
qꝛ eſt ſibi ad moleſtationē. Cum em̄
ſit in luctu moleſtat̄ qn̄ eam audit.
Eccl. xxij. Muſica ī luctu importuna
narratio. Diſplicet ſibi illa epl̄a. qꝛ
eſt ſibi ad cōturbationē. Cum em̄ ſit
tirānus diſplicet ſibi. q̄ꝫ p illaʒ amiſit
captiuos Pſa. xli. Educens de cōclu
ſione vinctum ⁊ c̄. Diſplicet ſibi illa
ambaciata. qꝛ eſt ſibi ad indignatio
nem Cum em̄ ſit ſupbus indignatur
q̄ꝫ a muliē ſit victus Judith. ix. Erit
em̄ memoriale dn̄o q̄ꝫ man⁹ femine de
iecerit eū Nec mirū ſi tm̄ ſibi diſpliceʒ
illa ſalutatio. illa cautio. illa epl̄a.
illa ambaciata. qꝛ p illā fuit territ⁹
Cañ. vi. Terribilis vt caſtroꝝ acies
ordinata Fuit cōfuſus Judith. xvi.
Tradidit eū in man⁹ femine. et confu
dit eū Fuit contritus Geñ. iij. Ipſa
conteret caput tuum Fuit mortuus
Judicū vi. Inter pedes iael. i. v̓ginis
defecit et mortuus eſt ſiſara. i. diabo
lus. et ideo cū illā ſalutationē audit
timet. ac ſi audiret tonitruū quo ro
tet̄ et terreat̄. ps̄. Vox tonitrui tui
deus in rota Ac ſi videt clauā q̄ pcu
ciat̄. Numeri. xxiiij. Cōſurget virga
de iſrahel ⁊ c̄ Ac ſi videt gladiū quo
iuguletur Judith. xvi. Amputauit Ju
dith pugiōe caput holofernī Ac ſi vi
deret clauū ⁊ malleū quo excerebra
ret̄ Judicū. vi. Siniſtraʒ manū miſit
ad clauū ⁊ dexterā ad fabroꝝ malle
os timpora ſiſare. i. diaboli valide per
forās Non ſolū aūt diſplicet ſibi illa
ſalutatio. ſed etiā omnia verba que
ſunt in ea Diſplicet enim ſibi Aue. i.
ſine ve. cū ipſe eternū ve ꝓcurauerit
Cumq̄ʒ audit nominare mariam. cū

ipſa eum cōtriuerit Cū𝔮 audit gra
cia plena. cū ipſe primos parētes gr̄a
a euacuauerit. Cum audit dn̄s tecū
cū ſerpēs ſit ⁊ fuerit Cunc𝔮 audit bn̄
dicta tu in mulierib⁹. cuȝ ipſe male
dictionē iduxerit Cū audit. bn̄dict⁹
tus ventris. cū per ſuā ſuggeſtionem
fruct⁹ mulieris fuerat maledict⁹
Tercio hec ſalutatio homī multuȝ p
deſt Nō eī aliquādo ē immūdus per
culpā. tenebroſus p ignorātiaȝ. va
cuus p priuationē grē. ſolus derelic
tus a diuina ptectōne. maledictus
maledictōe pene eterne. ⁊ famelic⁹
a celeſti refectōe. Sed qui ē immun
dus ad tā ſcāȝ accedat que ē ſine ve
culpe. iō dicit. Aue Qui eſt tenebro
ſus accedat ad tā illuminatam. ideo
dr̄ Maria q̄ intptat illuminata. qui
eſt grā vacuus accedat ad tā reple
tā. ideo dicit. grā plena. Qui ē ſoli
tari⁹ ad tā ſociatā accedat. iō dicit.
dominus tecū. Qui ē maledictus ac
cedat ad tā benedictā. iō dicit. Be
nedicta tu ī mulierib⁹ Qui ē celeſti
benedictōne ⁊ refectōe puatus acce
dat ad ipſā tali fructū immeſuȝ do
tatā. ideo dr̄. Et benedict⁹ fructus ve
tris tui ¶ Ser. ciij. de eodeȝ ſer. vi

AVe maria grā pleā domin⁹
tecū Solēt mulieres ſex gra
cias affectare tēporaliter q̄s
btā vgo maria habuit ſpūaliter q̄ ī
angelica ſalutatione notant Primo
nanc𝔮 habuit pulchritudinē cū dici
t Aue. i. ſine ve peccati. fuit ei tā pul
chra ꝙ fuit ſine macula. Cant. iiij.
Tota pulchra es amica mea ⁊ macu
la nō eſt ī te: Ipſa ei fuit pulchra ꝙ
ſine peccato originali: tota pulchra
ꝙ ſine peccato mortali. ⁊ ſine macu
la ꝙ ſine pccō veniali. Et nō tm̄ fuit
pulchra. ſed habuit pulcherrima or
namēta. de quib⁹ dr̄. in pſ. Omnis
gl'a eius filia regis ab int⁹ in fimbri
is aureis Habuit eī veſtimētuȝ vari
atum p vtutuȝ diuerſitateȝ. ideo di
cit Circūamicta varietate. interius
informatū per ſincerā intentioneȝ. i
deo dicit. Omnis gl'a ei⁹ filie regis
ab int⁹ Exteri⁹ auro ſcratuȝ infriſ
atum p caritatē: ideo dicit. i fimbri
is aureis Eius ei caritas ⁊ vſ𝔮 in fi
nem pſeuerauit ⁊ vſ𝔮 ad paupes ſe
extendit q̄ ſunt quaſi fimbrie in veſ
timento eccle. Secūdo excellentiam
⁊ nobilitateȝ habuit. cū dr̄. maria.
que intpretat domina Eſt āt tplex
nobilitas: pma ē originis que cāſat
ex carnis ꝓpagatione. ſecūda moꝝ
q̄ cāſatur ex moꝝ ꝯpoſitione: tercia
vtutis que cauſat ex virtutuȝ poſſeſ
ſione Iſtā tplicem nobilitatem ipſa
habuit. de qua dr̄ in pſ. Aſtitit regi
na a dextris tuis. Ecce nobilitas ori
ginis. in veſtitu deaurato. i. cū corpo
re moꝝ honeſtate pclaro Ecce nobi
litas moris Circūdata varietate. i.
vtutum multiplicitate. Ecce nobili
tas vtutis Tercio habuit diuiciarū
plenitudineȝ cū dr̄. Grā plena. Ha
bet autē de⁹ q̄druplicē menſurā gra
cie ſcȝ cōfertā bonā coagitatā ⁊ ſup
effluentē. vt habet. Luc. vi. Bona
mēſura eſt mēſura ſufficiētie quam
habēt oēs ſcī ad ſui iuſtificatōem.
Cōferta ē mēſuā abundatu q̄m hūe
rūt apl'i ad ſuā ꝯuerſationē ⁊ alioꝝ
ſaluationē Coagitata ē excellētie q̄ȝ
habuerūt in vtero ſcificati Supefflu
ens ē mēſura affluētie que fuit ī xp̄o
Omnes autē has q̄tuor mēſuras gr̄a
e vgo habuiſſe videt Vnde ipſa ait.
Eccī. xxiiij. In me omnis grā vite.
quo ad graciam iuſtificantem. ⁊ ve
ritatis quo ad graciam alios cōuer
tentem ⁊ ſalutantem. ⁊ vtutis quo
ad graciaȝ confirmantem. ⁊ a gene
rationib⁹ nr̄is adimplemi. quo ad g̃
ciā ſupeffluentē Quarto hūit ſpōſū
amabilē cum dr̄. dominus tecū. Cir
ca quod notandum ꝙ q̄druplex eſt

vnitas. Prima eſt carnalis que eſt
int̄ ſponſū et ſponſā. Scđa eſt nālis
que eſt int̄ patrē et filiū. Tercia eſt
ſocialis: que eſt int̄ amicū et amicū.
Qrta eſt ſpūalis: que eſt int̄ deū et
aīaʒ. Iſta q̄druplici vnitate dn̄s eāt
ſecū. Primo vnitate carnali: que eſt
int̄ ſponſū et ſponſā. Xp̄s em̄ cū ea
mrimoniū ɔtraxit et eā in ſponſam
accepit Ozee. iij. Spōſabo te michi in
fide. ps̄. Ipſe tanq̄ ſpōſus pcedens
de thalamo ſuo. Spōſatā valde ama
uit. Heſter. ij. Adamauit eā rex ſup
oēs mulīes. Adamatā ſibi cōiunxit
et vna caro facta fuit. quia caro xp̄i
erat caro v̓ginis Geñ. iij. Erūt duo
ī carne vna. Scđo fuit cū ea vnitate
nāli: que eſt int̄ matrē et filiū. Ex q̄
vnitate fiebat: q̄ ipa diligebat filiū
tanq̄ rem ſuā. ij. Reg. i. Sicut mr̄ fi
liū vnicū diligit ita te diligebam Et
filius honorat mrēʒ tanq̄ cauſā ſuaʒ
honorādo ipaʒ in vita: qr ſibi ſbdit9
fuit In morte: qr ad ipſam venit. Et
poſt mortē. qr ipſam ad dexterā ſuā
collocauit. Et ipſi ābo ſibi mutuo cō
patiebant̄ tanq̄ hn̄tes animā ſuam
Luce. ij. Tuā ipſius animā ptrāſibit
gladius. Tercio fuit ſecū vnitate ſo
ciali: que eſt int̄ amicū et amicū Ipſi
eī diligebāt ſe mutuo Cañ. vij. Ego
dilecto meo et cōuerſio eius ad me.
Ipſi idē velle et idē nolle hēbant: vt
hetur Cañ. ij. Dilectus me9 michi et
ego illi. Immo eis et in eis cor vnū
et aīa vna erat. Si em̄ de credētibus
dr̄ Actu. iiij. Erat em̄ eis cor vnū et
aīa vna erat. multo excellenti9 iſta
vnitas in filio et mrē erat. Quarto
fuit cū ea vnitate ſpūali. que eſt int̄
deū et aīaʒ. Adeo quidē fuit ſecū vni
ta p amorē. q̄ tō fuit ī amorē ɔuerſa
iō dr̄ Apo. xij. Mulier amicta ſole. q̄
tō ex amore facta ē languida Cañ. ij
Fulcite me florib9 ſtipate me malis.
qr amore lāgueo: q̄ tota fuit amore

liquefacta Cañ. v. Aīa mea liq̄facta
eſt: q̄ tota fuit amore xp̄i vulneāta
Vnde ait ſponſa Cañ. ij. Vulnerata
caritate ego ſū. Quīto hūit famā ce
lebrē: cū dr̄. Bn̄dicta tu ī mulierib9
Ipſa em̄ fuit famoſa. deo p humilita
tē. angel̄ p v̓ginitatē. hoibus p fecū
ditatē. De his tribus dr̄ Iudith. xv.
Tu glā iheruſaleʒ. i. dei: in quo ē vi
ſio nrē pacis Tu leticia iſrl̄. i. āgl̄oꝝ
qui ſemp reſpiciūt faciē pr̄is Tu ho
norificēn̄ ppli nri. i. toci9 gn̄is huām.
Et ſequit̄. qr feciſti virilit̄. deū. ſcʒ p
tuā humilitatē ad terrā trahendo ⁊c
cōfortatū eſt cor tuū p tuaʒ fecūdita
tē huāno gn̄i ſalutē inueniēdo Et q̄
caſtitatē amaueīs v̓ginitatē cū āgel̄
cōſeruādo ꝓpter hanc famā celebrē
ipſa dt. Beatā me dicēt oēs gn̄atio
nes. qr et ɔiugate ꝓpter ꝓlem quā
habuit. et vidue ꝓpt̄ ɔtinentiā quā
ſuauit. et v̓gines ꝓpter integritatē
mētis et eciā corpis quā cuſtodiuit.
Sexto hūit ꝓlem nobilē: cū dt Et be
nedicūs fru. ve. t. Iſta ē illa bn̄dictio
De q̄ dr̄ Geñ. xxvij. Det t̄ ds̄ de rore
celi et de pinguedīe t̄re abundantiā
vini frumti et olei. De quo eciā fcū
dr̄ in. ps̄. A fructu frumenti vini et
olei ſui multiplicati ſūt. In iſto fcū
fueīt tres ſbe ſcʒ caro que ſignificat̄
p frumentū: que fuit mortua ī paſſi
one. pullulauit in reſurrectione. et
multū fructū attulit ī aſcenſione et
ſpūſſcī miſſione. Ioh. xij. Niſi granū
frumti cadēs in t̄ra mortuū fueīt ⁊c
Per oleū ſignificat̄ ei9 aīa q̄ oleo ſācti
ſpūs fuit plena Iſa. i. vnxit te ds̄ ds̄
t. ⁊c. Per ipm̄ vinū qđ letificat cor
hoīs ſignificat̄ ipſa diuinitas. que ē le
ticia ſcōꝝ. Eſt igit̄ iſte frcūs bn̄dcūs
et q̄tū ad carnē que p nob̄ paſſa fu
it et reſurrexit. et q̄tum ad aīaʒ que
ſpū ſcō plena de ſua plenitudīe. nob̄
effudit. et q̄tū ad diuitatē in q̄ nrā
leticia et btitudo cōſiſtit ⁊c.

Sermo. C. iiij. De eodem f. iiij.

AVe maria grã plena τ c. In
iſta ſalutatione angelica po
nuntur ſex cauſe quare debẽ
aliq̃ dña ſalutari que poſſũt
plene in dña nr̃a vgine maria glo'ſa
iuemri Salutãda ẽ q̃dez dña nr̃ã tã
formoſa . qd notatᷣ cu; dicitᷣ. Aue .i.
ſine ve peccati. nulla ei pcci macula
in ea fuit Et ideo fuit plene formoſa
τ pulchra extitit Vt vero eꝰ pulchri
tudinẽ melius videamꝰ notandũ ꝙ
eſt q̃ntuplex pulchritudo : Prima ẽ
ſpũalis que cõſiſtit in decore vtutũ
de q̃ dicitᷣ Treñ. iiij Saphiro pulchri
ores Iſtaz pulchritudinẽ ipa habuit
de q̃ dicitᷣ in Ps Specie tua τ pulchri
tudine tua. τ c. Omnes em̃ vtutes
ipſa poſſedit Ecci. xliiij. In me oĩs
gr̃a vite τ vtutis τ c. Secũda eſt
pulchritudo moralis que cõſiſtit in
cõpoſitione morũ: de qua dicitᷣ. Sap
iiij. O q̃ꝫ pulchra eſt caſta gn̄atio cũ
claritate. i. cum morũ honeſtate Iſtã
pulchritudinẽ ipſa habuit. de q̃ dr̃.
Cant. vij. Qui pulchri ſũt greſſus
tui in calciamentis filia principis.
Greſſꝰ vo anime ſunt vtutes eius
τ calciamẽta greſſuuz anime ſũt ope
ra vtutuz eius De pulchritudine ãt
moꝝ eius ait ambroſius in. li. d vir
ginibus : Nichil in maria toruuz in o
culis : nichil i verbis procax. nichil i
actu verecũduz . nõ geſtus fractior.
nõ inceſſus ſolutior. nõ vox petulanti
or. Tercia ẽ pulchritudo celeſtis
de qua pulchritudine ait Yſa. xxxij.
Sedebit populꝰ in pulchritudine pa
cis Iſtã ei pulchritudinez ipſa poſſi
det. q2 pre ceteris ſcĩs in gl'a magis
fulget ſc; vt nõ ſolũ munduz . ſed e
ciaz illumĩat padiſũ Bñ. Marie pñ
tia totus illuſtrabitᷣ orbis adeo vt ip
ſa iaz celeſtis patria ſolito clariꝰ ru
tilet vginee lampadis irradiata ful
gore Quarta eſt pulchritudo ãgeli
ca. de qua pulchritudine dĩ Ezec:
xxxi. Omne lignuz padiſi non eſt aſſi
mulatũ ei τ pulchritudini eꝰ Iſtam
pulchritudinez habuit ipſa beata v
go in q̃ꝫtum vginitatez illibatã ſer
uauit. maior tamẽ fuit puritas btẽ
vginis q̃ꝫ angeloꝝ Fuit ei infra pu
ritatẽ diuinam puritas btẽ vginis.
ſed ſupra puritatẽ ãgelicã τ hũanã
Anſelmꝰ ſic ait. Decebat vt beata v
go niteret ea puritate qua maior ſb
deo nequit itelligi quin eciã omnem
puritatẽ angelicã τ humanã traſcẽ
dẽt Qn̄ta ẽ ipa pulchritudo diuina
De qua dicitᷣ Iher. xxxi: Benedicat
tibi dominus pulchritudo iuſticie.
Iſtã pulchritudinẽ eciã beata vgo
habuit in cuius vtero ipſa diuina pl
chritudo nouem menſibus habita
uit. de quo dicitur in Pſalmo. Con
cupiſcet rex decorem tuũ Iherom.
Si mariam diligentᷣ aſpicias . nihil
eſt virtutis . nihil ſpecioſitatis . nihil
candoris . nihil meriti. nihil glorie.
nihil gaudij . nihil ſalutis . qd ex ipa
nõ reſplẽdeat . Secũdo ſalutãda eſt
dña tã luminoſa. qd notatur cũ dr̃.
Maria q̃ iṅ ptatᷣ illumĩatrix De ipſi
us ãt lumĩoſitate dr̃. Apo. xij. Mlr
amicta ſole. τ luã ſub pedibꝰ eꝰ. Ex
q̃bꝰ vbis iã dcĩs hẽtur ꝙ ipa btã vir
go ẽ illumĩata a ſupiori. cũ dĩ. in ca
pite eꝰ corona duodecĩ ſtellaꝝ .i. no
uẽ ordinũ ãgeloꝝ τ tuz hoĩm ſcz mã
tirũ. ꝯfeſſoꝝ . τ vginũ Eſt illumĩata
ab iferiori cũ dĩ. luã ſb pedibꝰ eꝰ Dz
eciã ecciaz militãtẽ ſb ꝓtectõe. τ tri
ũphãtez ſb ſua dñatõe. ẽ eciã illumi
nata ab exteriori cũ dĩ. amicta ſole
.i. fulgida ꝯuerſatõe Illumĩata ab ĩ
teriori. ideo dicitur : in vtero habẽs
Habuit em̃ nouem menſibus in ſuo
vtero diuinum ſplendorez . Illumi
nata a dextris . quia in proſperita
te habuit ſapientiam. Et a ſiniſtris
quia in aduerſis habuit pacientiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Ideo dicit̃. q͛ date ſunt ſibi due ale
p̱ quas volauit in deſertum.i.in celū
q2 nullus eã ſciuit niſi xp̄s S3 qualit̃
clauſtra inferni cõfregit et qualiter
de monumẽto clauſo exiuit. nulli ma
nifeſtũ fuit. Quedã vero fuerunt ex
pte occulta et ex pte manifeſta ſicut
natiuitas. q̃ autez fuit in p̄ſepio re
clinatus hoc fuit manifeſtum Sed q̃
fuit de ſpũ ſancto cõceptus et clauſo
vtero natus hoc fuit occultũ. Qued̃
fuerũt manifeſta ſicut paſſio et aſcẽ
ſio Eius nãq3 reſurrectio eãt magne
ſublimitatis. Et ideo voluit eam eſſe
occultaz Eius natiuitas fuit magne
humilitatis inquantũ fuit pannis in
uolutus et in preſepio reclinatus et
q̃tũ ad hoc voluit ipſã eẽ manifeſtã

Et fuit magne dignitatis in ꝙtuz fu
it de ſpū ſancto cōceptus . Et ꝙtum
ad hoc voluit ipſaz eē occultā Paſſio
autē chriſti cedebat ad magnā infir
mitatez ⁊ vilitatez Et ideo voluit eā
eſſe manifeſtā . Aſcenſio āt cedebat
ad patris honorē . ⁊ diſcipuloꝝ cōſo
lationem . ⁊ ideo voluit eā eſſe mani
feſtā . Ex quo patet ꝙ chriſtꝰ abſcō
debat ſua ſblimia ⁊ maīfeſtabat ſua
infima ⁊ ea que erant ad honorē dei
⁊ edificationē proximi Sed nos ecō
trario facimus . qꝛ nos noſtra īfirma
abſcōdimus ⁊ noſtra ſublimia ꝓpala
mus de dei honore ⁊ populi edificatio
ne ſepe paꝝ curamꝰ Per hoc ergo ꝙ
chriſtꝰ videtibus diſcipulis aſcēdit .
datur intelligi ꝙ āte oculos cordis
noſtri eꝰ aſcenſionē ſemp habere de
bemus . Qui em̄ ipſaz ſepe meditat̄
diuinā grām ꝓmeretur . hoc ſignifi
catū eſt . iiij . Reg̃ . ij . Vbi cū heliſeꝰ
videret helyam aſcendentē . recepit
duplicez ſpūm ⁊ palliuz Illi ei q̄ chri
ſtuz aſcendentē per fidez ⁊ deuotionē
cōſpiciūt ſepe recipiunt ſpūm dupli
cē . i . ad duo ſcꝫ ad remiſſionez pecca
toꝝ ⁊ ad munera v̓tutuz Recipiunt
etiā palliū . i . ſanctitatis exemplū ꝓx
imo adhibēdum Chriſtus autē nō in
diguit ſpū duplici . ſed ſimplici . qꝛ n̄
habuit ipſū ad remiſſionem peccato
rū . qꝛ nullū pccm̄ cōmiſit Habuit ta
men ſpūm ad munera virtutū ⁊ om
niū gr̄aꝝ Aſcendēs etiā in celū nō in
digebat pallio . i . exemplo qꝛ exēpla
nō ſūt neceſſaria niſi in pn̄ti vita Se
cūdo chriſtꝰ aſcēdit ſublimiter . cum
dicat̄ Eleuatꝰ eſt . Nos etiā debemꝰ
ad ipſuz eleuari ⁊ ad ipſū aſcēdere .
ſcala q̄ ꝙ̄tuor gradꝰ debet habere .
Primꝰ gradꝰ debet eē ſcꝫ terrena de
ſpicere Et p hunc gͣdum eleuatꝰ eſt
Ezechiel qui ait . Ezech . viij . Eleua
uit me ſpūs inter celū ⁊ terrā . Nō ei
dixit Dimiſit me in terra . qꝛ ibi ſunt
auari terrena appetētes . Nec dixit .
Poſuit me ī celo . qꝛ ibi ſūt boni cele
ſtia poſſidentes . ſed dixit . Eleuauit
me inter celū ⁊ terrā . qꝛ ibi ſunt per
fecti viri terrena deſpicientes . Sūt
em̄ ſup terrā p terrenoꝝ ꝯtemptuz
⁊ appinquāt ad celū p celeſtium ap
petituz Secūdus gradus ē opibus mi
ſericordie vacare . Per iſtū gradum
raptus ē abacuc . vt habet̄ Dan̄ . xiiij
Qui raptus ē ab angelo vſ in babi
lonem portās danieli prādium qđ ⁊
meſſoribus p̄parauerat . p quod dat̄
intelligi ꝙ hō interduz debet paupe
res remotos īquirere ⁊ de neceſſari
is dare ⁊ bonos iniuſtis p̄ponere Tē
cius gͣdus ē deū ⁊ ꝓximū perfecte dili
gere . p hunc gͣduz aſcendit helyas q̄
in curro igneo raptꝰ ē . Currꝰ igneꝰ
eſt ipſa caritas . ꝙ̄tuor rote ſunt ꝙ̄tu
or modi diligēdi ſcꝫ ex toto corde . ex
tota mēte . ex tota anima . ⁊ ex omi
bus viribꝰ . vel ꝙ̄tuor rote ſūt ꝙ̄tuor
diligēda . ſcꝫ ds . amicꝰ ⁊ īimicꝰ . ⁊
nos ipſi Quartus gͣdus ē diuine con
tēplationi inſiſtere Per hūc graduz
aſcēdit paulꝰ ⁊ eſt ⁊ fuit vſ in terciū
celū raptus Aſcēdere autē in deuz p
creaturaꝝ viſibiliū manuductōnem
eſt aſcēdere vſ ad primū celū Aſcen
dere p intellectualiū ꝯſideratōnez ē
aſcendere vſq; ad ſecūdū . Aſcēdere
autē p intellectū ad dei formā imme
diatā intuicionē eſt aſcendere vſ ad
ad terciū celū Tercio aſcēdit hōrabi
liter . cū dr̄ . Et nubes ſuſcepit eum .
Voluit autē cū nube celeſti aſcēdere
ad innuēduz ꝙ ſicut impleuerat ter
reſtria mundū redimēdo . ⁊ inferna
lia . patres educēdo . ſic volebat iple
re celeſtia ruinā angelicā reparādo
vt adimpleret̄ illđ qđ dr̄ . Ephe . iiij
Qui deſcēdit ipſe eſt q̄ aſcēdit ſup
omnes celos vt adimpleret omnia .
Vt vero meliꝰ videamꝰ quō oīa adi
pleuit notandū ꝙ ī mūdo ꝗ̄ntuplex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

erat defectus q̃ notat̃ Gen̄.i. Primꝰ
erat hitationis grate. cū dicit̃ In pⁿ
cipio creauit ds celū ⁊ terrā. ac ſi di
cat: terrā dedit homini. celū vero re
ſeruauit ſibi Secūdus erat ignorātie
ꝙ hō viam patrie neſciebat. cū dr.
tenebre erāt Tercius autē eāt defec
tus grē. cū dr. inanis. ꝙ ſicut dr Ec
cleſ. xxx. Homo acharis .i. ſine grā
quaſi fabula vana Quartus erat de
fectus miſericordie: cū dicitur. Et va
cua: Erat em̄ vacua ſcz dei miſericor
dia ⁊ plena dei iuſticia Quintus eāt
defectus pſeuerātie. ꝙ homines fra
giles erāt ad pſeuerantiā boni ⁊ tol
lerantiā mali. cuz dr Abiſſi .i. ſine ba
ſe v̾tutis Chriſtꝰ igit̃ primo aſcēdit
vt celeſtē ianuā aperiret. ⁊ ſic adim
pleuit defectū hitationis grate Heb
ix. Per ꝓprium ſanguinē introiuit
ſemel in ſancta ſcōꝝ ⁊ c̃. Secūdo aſ
cendit vt viā in celū oſtēderet: ⁊ ſic
adimpleuit defectū ſcientie Michee.
ij. Aſcēdit pandēs iter ante eos Ter
cio aſcēdit vt ſpūm ſcūm mitteret.
⁊ ſic adimpleuit defectū grē Jo. xvi.
Si em̄ nō abiero paraclitus nō veni
et ad vos ⁊ c̃. Quarto aſcēdit vt ꝓ
nobis intercederet ⁊ patrē ad miam
inclinaret. Et ſic adimpleuit defectū
miſericordie Heb. ix. Introiuit ī ip
ſum celū vt appareat vultui dei pro
nobis Quinto aſcēdit vt ꝑmiſſionē
ſpūs ſci corda diſcipuloꝝ debilia ro
boraret. Et ſic adimpleuit defectum
perſeuerātie Ps̃ Verbo domini celi
firmati ſunt ⁊ ſpū oris eius omnis v̾
tꝰ eoꝝ. ¶ Ser. Clij. de eodē Ser. iiij.

Ecce duo viri aſtiterūt in veſ
tibus albis ⁊ c̃. Iſti duo viri
fuerūt duo angeli in forma
virili poſiti q̃ apl'os inſtruxerunt Ce
teri autē pſallentes cū xp̄o aſcēderūt
De ipſis nanqꝫ angelis circa domini
cam aſcenſionem quatuoꝛ leguntur
ſcz eorum reuelatio. admiratio. de

ductio: ⁊ iubilatio ¶ Primum nanqꝫ
eſt reuelatio. Nam ſecundum dioniſi
um lex diuine bonitatis eſt vt illumi
nationes ſuas influat ſuperioribus.
ſupiores medijs ⁊ medij inferioribꝰ
Ac inferiores nobis Iſta lex hodie ē
ſeruata. Nam ipſe chriſtus ſuam aſcē
ſionem ſuperioribus angelis reuela
uit. quando ipſis interrogantibus.
Quis eſt iſte rex glorie. reſpondit.
Ego qui loquor iuſticiam ⁊ propug
nator ſum ad ſaluandum. vt dicitur
Yſaie. lxiij. Deinde ipſi ſuperiores me
dijs reuelauerūt Pſalmiſta. Dies di
ei eructat verbum: Dies diei verbū
eructauit quādo reuelauit aſcenſio
nis miſterium ſuperioꝛ ierarchie me
die Deinde medij inferioribus ēue
lauerunt quando ipſis inferioribus
interrogantibus. Quis eſt iſte rex
glorie: reſponderunt. Dominus vir
tutum ipſe eſt rex glorie. Deinde ip
ſi inferiores nob̄ reuelauerunt qn̄ in
forma viri apparentes dixerunt Hic
ihesus qui aſſumptus eſt a vobis ī ce
lum ⁊ c̃. ¶ Secundum eſt eoꝝ admi
ratio Admirabantur em̄ videntes ꝙ
terra aſcendebat ſupra celum. Cum
enim olim dictū ſit. Prouerbiorum
xxv. Celum ſurſum ⁊ terra deorſum.
iam in chriſti aſcenſione econtrario
dici poterat. terra ſurſum ⁊ celum de
orſū Admirabant̃ ꝙ homo aſcēdbat
ſupra angelum Vnde pſalmiſta: Aſ
cēdit ſuper cherubin ⁊ volauit. ꝙ ho
mo aſcendebat vſqꝫ ad deum Danie
lis vij. Venit vſqꝫ ad virum qui ſe
debat in trono. Inſuper poterant ad
mirari de tali corporis qualitate. de
tāta decora ſocietate. ⁊ de tāta ptā
te. yſa: lxiij. q̃s eſt iſte q̃ venit d̾ edom
tinctis veſtibꝰ d̾ boſra. Ecce q̃ admi
rabilis corpis q̃litas Iſte nāz formo
ſus ī ſtola ſua ecce q̃ forōſa ſocietas
aīe ei ſcōꝝ ſūt d̾cora veſtis xp̄i q̃ dieſ
ī m̾titudie v̾tut̃ ſue. ecce q̃ta ptās

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Tercū eſt eoꝝ deductio Deducebāt
em̄ ip̄m in celū tanq̄ regem in ſignū
reuerentie ad ſoliū maieſtatis Yſa.
ix. Sup ſoliū dauid et ſup regnū eiꝰ
ſedebit . Tanq̄ ſummū ſacerdotē et
pontificē; in ſignū obedientie in tem
plum p̄ne pietatis Heb. iiij. Hn̄tes
pontificem magnū qui penetrauit ce
los iheſum ⁊c. Tanq̄ eternū iudicē
in ſignū potēcie ad ſedē iudiciarie po
teſtatis Math. xxv. Cū venerit filiꝰ
hoīs in maieſtate ſua. tunc ſedebit
ſup ſedem maieſtatis ſue ⁊c. Tanq̄
victorioſū pugilē; in ſignū victorie
ad brauiū triumphal' victorie Apoc.
iij. Ego vici et ſedi cū patre meo in
trono eius . Tanq̄ ſponſū. in ſignū
leticie ad thalamū nuptial' feſtiuita
tis . Deut. xxxiij. Amantiſſimꝰ dn̄i ha
bitabit confident'. in eo quaſi in tha
lamo tota die morabit'. Quartū eſt
eoꝝ iubilatio. Angeloꝝ em̄ qui cum
xp̄o aſcendebant. quidā p̄cedebant
vt viam p̄parent et demōes de aere
expellerēt. quidā vero cōcomitabāt'
vt ſibi aſſiſterent. quidā ſequebant'
vt obſequiū ſibi exhiberēt. Omnes
autē et qui p̄cedebant et qui cōcomi
tabant' et qui ſequebant' pſallebant
et xp̄m cum laudibus deducebant .
quoꝝ quidā vocibꝰ iubilabant. quid'
tubis clangebant. pſ. Aſcendit deus
in iubilatione. et dn̄s in voce tube .
quidā citharizabant. Pſ. Laudate
eū in pſalterio et cithara. quid' toto
corpore plaudebant. Pſ. Om̄es gen
tes plaudite manibꝰ. Om̄es em̄ ſine
intermiſſione ꝯtinuatis vocibus pſalle
bāt dicētes pſallite deo noſtro pſalli
te regi nr̄o pſallite.

Sermo. cliij. De eodem ſermo. v.

Dominus quidē Iheſus poſtq̄
locutus eſt eis aſſumptꝰ eſt
in celū et ſedet a dextris dei
Marci vlt. Btūs marcus deſcribēs
xp̄i glorioſum aſcenſū q̄tuor ondi. t

ſcz xp̄s in ſua aſcenſione habuit mul
tam poteſtatē. cū dicit Dn̄s quidē ihe
ſus ſet q̄ habuit cū apoſtol' multam
familiaritatē. cū dicit Poſtq̄ locutꝰ
eſt eis . ſet habuit in ſua aſcenſione
magnā ſublimitatē. cū dicit Aſſump
tus eſt in celū; ſq̄ habuit multā ma
ieſtatē. cū dicit. Sedet a dextris dei .
Poteſtas quidē eius oſtendit' qn̄ do
minꝰ appellat' Oſtēderat quidē ſe dn̄m
maris qn̄ ſuper mare ambulauit et
eoꝝ que ſūt in mari quādo magnā
multitudinē piſciū capi fecit. Oſten
derat ſe dn̄m terre qn̄ in ſua paſſiōe
terra ꝯtremuit Et eoꝝ q̄ ſunt in t̄ra
qn̄ mortuos ſuſcitauit. Oſtenderat
ſe dn̄m inferni qn̄ vectes ferreos cō
fregit et eoꝝ que in inferno. quādo
demonē alligauit et ſanctos patres
inde eduxit. Hodie autē oſtendit ſe
dn̄m aeris qn̄ ꝓpria virtute p aerē
aſcendit et eoꝝ que ſunt in aere. qn̄
ipſum nubes lucida baiulauit Vnde
gloſa. ſup illud Actuū. ij. Et nubes
ſuſcepit eum dicit Creatura. videlicet
obſequit' creatori. Aſtra em̄ indicāt
naſcentē. patientē cōpaciunt'. aſcen
dentē nubes ſuſcepit. Oſtendit etiā
ſe dominū celi. quando celum ſe ſibi
apuit et eoꝝ que ſūt in celo. quādo
omnis angeloꝝ multitudo ſibi obui
auit et ip̄m in celo deduxit Secūdo
xp̄s in ſua aſcenſione oſtēdit ap̄lis
magnā familiaritatē. Et hoc maxīe
in tribus . Primo in hoc q̄ cū eis co
medit tanq̄ dulcis amicus . Solent
em̄ amici ab inuicē diſceſſuri inuicē
epulari. Vnde dicitur Et cōueſcens
precepit eis ⁊c. Scdo in hoc q̄ eis
benedixit tanq̄ eoꝝ epiſcopus . vt
habetur Luce vltimo. et. i. Petri. ij
Conuerſi eſtis ad paſtorem et ep̄m
animaꝝ veſtraꝝ . Tercio in hoc q̄ e
os inſtruxit et increpauit tanq̄ mgr̄
vetus . Vnde dicit' q̄ exprobrauit in
credulitatem eoꝝ et duriciā cordis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Tunc eos eĩ maxime increpauit q̃ndo ab eis erat diſceſſurꝰ ⁊ videbantur potius cõſolationibꝰ indigere. ꝓ qͦ datur itelligi ꝙ nullꝰ debꝫ indignari ſi corripiat̃. ſed debet patienter ferre ⁊ ſe emẽdare Sunt tñ quidam qui dum reprehendunt̃ habẽt ſe ad inſtar cere. quidã ad inſtar lapidis Et quidaꝫ ad inſtar ſpine. Cera eñ ſi tangit̃ ſtatim cedit. ſic pleriq̨ ſi aliquo v̄bo correptionis tangunt̃ ſtatim cedũt. i. ſtatim ſe corrigũt ⁊ acq̃eſcunt Lapis eñ ſi tangit̃ nõ cedit. non tamẽ ledit. ſic pleriq̨ ſi corrigũtur nõ acq̃eſcunt. tamẽ ireprehendẽti iniurioſa verba nõ inferũt Spina autẽ ſi tangit̃ nõ cedit. ⁊ inſup pungit. ſic pleriq̨ ſi reprehendunt̃. nec ſe corrigunt. ⁊ inſup in rep̄hendentẽ verba contumelioſa proferunt.

¶ Tercio chriſtus in ſua aſcẽſione habuit magnam ſublimitatẽ. cum dicitur Aſſumptus eſt in celum. Nõ eñ fuit tranſlatus ſicut enoch. nec ſubuectus ſicut ipſe helyas. nec raptus ſicut paulus. ſed fuit aſſumptus id ẽ a ſeipõ ſũptꝰ Per hanc autem q̃druplicem differentiam aſcendẽtium oſtendit̃ quadruplex gradus aſcendendi in deum. Primus eſt quo quis transfertur de culpa in grãm Iſte ſignificat̃ per trãſlationeꝫ enoch in paradiſum Grã eñ dei dicitur paradiſus Eccl. xliiij. Grã dei ſicut paradiſus benedictõis Significat̃ etiã per trãſitum filiorꝫ iſrahel de egipto in deſertum Secũdus gradus ẽ quo quis ſubuehit̃ de gratia incipiente in grãꝫ ꝓficiẽtem Et iſte ſignificat̃ per ſubuectioneꝫ Helye in curru igneo. q2 grãtia dei eſt. currus igneꝰ q2 per bona opera currere nos facit ⁊ in amoreꝫ dei ⁊ ꝓximi nos incẽdit Significatur etiam per ſecundũ trãſitum filiorꝫ iſrahel quo de mãſione in manſioneꝫ trãſierunt Tercius gradus eſt quo q̃s i deum capitur per contemplationem ⁊ deificationem. et iſte ſignificatur per raptum pauli qui vſq̨ ad terciũ celum raptus eſt. Et etiam iſte ſignificatur per tercium trãſitum filiorum iſrahel quo de manſionibus in terrã promiſſionis peruenerũt Quartꝰ gradus eſt quo quis tranſit de cõtẽplatione vie ad cõtemplationem patrie. Iſte ſignificatur per aſſũptionẽ chriſti in celum. Significatur etiam per quartum tranſitum filioruꝫ iſrahel quo de terra promiſſionis per multa certamina in iheruſalem. id eſt in viſionem pacis poſtmodum peruenerunt

¶ Quarto chriſtus in ſua aſcẽſione oſtendit ſuam maieſtatem. cũ dicitur Et ſedet ad dexteram dei a dextris dei. Ex eo autem ꝙ ad dexterã dei ſedet fiduciã habemus aſcẽdendi ad deum. Primo quia ibi eſt caput noſtrũ glorificatum Et ideo ſibi mẽbra coniunget. deforme eñ eſſet caput ſine membris. Et qui recipit caput in hoſpicio ſuo. ⁊ ipſe membris hoſpicium nõ negabit. Iohannis iij Nemo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo. caput ſcilicet cuꝫ mẽbris Secundo quia habemus ibi fidelem ſocium qui manũ nobis porrigit ⁊ nos ad ſe trahit. Deut. xxxiij Aſcenſor celi auxiliator tuus Pſalmiſta: Tenuiſti manũ dexteraꝫ meam. Canti. p̄mo. Trahe me poſt te. ⁊ c. Tercio quia ibi habemus ſapiẽtem aduocatũ q̃ pro nobis allegatões ꝓponit. i. Ioh. ij. ſi q̃s peccauerit aduocatũ hẽmus apd̕ prẽꝫ ihm xp̄m iuſtũ Sic eĩ in ipõ mũdo fuit cũ pctõribꝰ apd̕ prẽꝫ ꝓ eis aduocãdo. in iudicio ãt erit ↄtra pctõres ipõs puniendo Quarto q2 ibi hẽmꝰ p̄curſorẽ p̄uiũ q̃ viã nob̃ oñdit Michee. ij. aſcẽdꝫ pandẽs iter ante eos Quinto quia ibi habemus fratrũ nrõꝝ collegiũ q̃ ſuis orõnibus ⁊ meritis nos p̄ducent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Pſ̄ · Leuaui oculos meos in mōtes vnde veniet auxiliū michi Vnde dicūt illi q̄ ſunt in hieruſalē.i.in dei viſiōe illis qui ſūt in egipto.i.in hoc mūdo illd qđ habet̄ ·ij· Mach· i· Hic ſumꝰ orantes ꝓ vobis ·

¶ Sermo · cliiij · Jtē Sermo ſextus · de aſcenſione ·

SIgna aūt eos qui crediderit hec ſequent̄ ⁊c̄ Nō vult dicē dn̄s ·ꝙ quicumqꝫ credit oīa iſta ſigna faciat : ſed ꝙ iſta ſigna inē fideles et credentes fiant Nam alius eiicit demonia · alius fugat ſerpētes · alius loquit̄ linguis · alius venenum bibit et ſibi non nocet · alius ſanat egrotos · Jſta aūt qnqꝫ ſigna intelligunt̄ lr̄aliter ꝗ ſpūaliter · Si lr̄aliter intelligunt̄ tunc in eccleſia ꝑmitiua frequent̄ fiebant · modo aūt raro · Eccleſia autē habuit triplicē ſtatum ſcz ꝑmitiuū · modernū · et vltimū · Jn ſtatu ꝑmitiuo frequēter fiebāt · mō autē raro · et in vltio ſtatu.i. antixp̄i fient rariſſiē · Jn ꝑmitiuo nāqꝫ ſtatu frequent̄ fiebant · qꝛ et ſcdm Criſ · Vetera miracula hn̄t admirationem vtilitatē et neceſſitatē Tunc igit̄ miracula fieri oportebat ſcdm Criſ · Et ꝓpt̄ admirationē · qꝛ hoies erant ſenſibilibꝰ aſſueti · et ido erant aliq̄bus mirabilibꝰ ſubleuādi · Et ꝓpter vtilitatē · qꝛ et tunc multi erant infirmi et a demonibus oppreſſi Et ꝓpter neceſſitatē · qꝛ erant infideles et erroribus inuoluti · Moderno aūt tempore raro fiunt · cū hoc nō ſuadeat neceſſitas ex eo ꝙ ſūt fideles Aliqn̄ tn̄ fiūt qꝛ hoc ſuadet vtilitas · qꝛ aliqn̄ inueniunt̄ aliqui infirmi et indigentes · Quare aūt mō nō fiant : ita incōnē ſicut in ꝑmitiua eccleſia t̄plex eſt rō. Vna eſt ꝓpter fidei firmamētum · qꝛ mō eccleſia eſt in fide firmata et ſtabilita Jſtā rationē aſſignat Bernꝰ · Ponens exemplū de planta cui tam diu aquā infundimꝰ quouſqꝫ in t̄ra cōualuiſſe videamꝰ · Scdo ꝓpt̄ vtile mūdi exemplū Jſtā rōnem aſſignat Aug · de ci · dei · dicēs · Quiſq̄s adhuc ꝓdigia vt credat inq̄rit magnū eſt ipſe ꝓdigium · q̄ mūdo credente nō credit · Tercio ꝓpter fidei maius mēritū · qꝛ ſcdm Greg · Fides nō habet meritū vbi humana ratio p̄bet experimentū Jn fine autē rariſſime fient triplici de cauſa ſm Yſidoꝝ Siue vt ꝑſequentiū manꝰ audacior efficiat̄ · ſiue vt ſanctoꝝ paciencia cōprobet̄ · ſiue vt qui caſuri ſūt eoꝝ leuitas oſdat̄ · Scdo hec miracula pn̄t intelligi ſpūaliter · et tūc iſta miracula quotidie fiunt ¶ Primo namqꝫ ſūt multi q̄ demonia eiiciunt · Auarus em̄ hēt demonē qui vocat̄ māmon Sed luxurioſus demonē habꝫ q̄ vocat̄ aſmodeꝰ Supbus vero habet demonē qui vocatur lucifer Varijs temptatōnibus agitatus habet demonē · qui vocat̄ belſebub · qui eſt deꝰ muſcaꝝ · Si ergo aliquis ſanctus vir p ſuam p̄dicationem vel orationē cōuertit aliquē auarū vel vſurarium expellit māmonem Si cōuertit luxurioſum expellit aſmodeū · Si vero conuertit ſuperbū expellit luciferꝝ · Si autē cōuertit tēptationes varias pacientem · expellit beelſebub ¶ Scdo linguis loquit̄ nouis · Deus namqꝫ tres ꝓuincias fecit ſcz · celeſtem · terreſtrē · et infernalē Linguagiū ꝓuincie celeſtis eſt deum laudare · Terreſtris vero eſt de diuiciis tractare · Jnfernal̄ vero mentiri et blaſphemare · Quando em̄ aliq̄s cōſueuerat loqui linguagiū ꝓuintie t̄reſtris tota die de terrenis tractando · vel quādo quis cōſueuerat loq̄ · linguagium ꝓuintie infernalis mentiendo et detrahendo Et conuerſus incipit loqui linguagium ꝓuintie celeſtis deum laudando et proximum edificādo · iſte loquit̄ linguis nouis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Tercio ſerpẽtes tollūt. Serpẽs aliq̄n
tollitur ꝑ āputationē caude. Et tūc
adhuc viuit Aliquādo ꝑ amputatio
nez corporis. ⁊ tunc ſimiliter viuit.
Aliquādo ꝑ contritionē capitis. et
tūc omnino extinctus ē. Quidā igiť
tollūt ſerpẽtez q̄tū ad amputatōnē
caude qui dimittūt pctm̄ q̄tuz ad ac
tum exteriorē ⁊ nō q̄tum ad actum
interiorē ſcz cogitatū ⁊ ꝯſenſū. ⁊ iſti
imperfcē tollunt. Quidā tollunt ſer
pentē q̄tum ad āputationē corpis q̄
dimittūt pctm̄ q̄tum ad actū ⁊ q̄tū
ad conſenſū. ſ3 nō q̄tū ad cogitatuz
⁊ iſti ſemiplene tollūt Quidā vo tol
lunt ipſū ſerpẽtē q̄ntū ad ꝯtritionez
capitis q̄ dimittūt pctm̄ q̄tuz ad ac
tum. q̄tū ad ꝯſenſū. ⁊ q̄tum ad co
gitatū Et iſti perfectiſſime tollunt.
Quarto autē. ſi mortiferū quid bibe
rint nō eis nocet Mortiferū autē nō
nocet quādo guſtať. ſed nō bibitur.
aut quādo bibiť ſed ſtatim reijcitur
ā qñ tyriache remediū adhibeť Nā
igitur diabolꝰ aliquā mortiferaz ſug
geſtionem alicui offert his trib9 caſi
bus nocere nō p̄t Primo quādo q̄s
illā guſtat. ſed nō bibit. hoc eſt ſētit
ſed nō ꝯſentit. q2 ſtatim diabolo reſi
ſtit ⁊ ꝯtradicit Jacobi quarto Reſiſ
tite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Secun
do quādo q̄s bibit per ꝯ̄ſenſū ⁊ opa
tionē. ſed ſtatim reijcit ꝑ ꝯfeſſionem
Prouē. xxx Verba ꝯgregātis filij vo
mētis Jlle em̄ qui pctā ꝯgregat per
opationē ſtatim deb3 ea euomere ꝑ
ꝯfeſſionez Tercio quādo recurrit ad
tyriachaz .i. ad ſanguinem ihesu xp̄i
Augꝰ Effuſus ē ſanguis medici ⁊ fac
ta ē medicina frenetici. Quīto ſuper
egros manus imponūt ⁊ bene habe
bunt. Sūt quidā ſani. quidā infirmi
quidā mortui. quidā fetidi. Sani ſūt
iuſti. īfirmi ſt̄ d̄ nouo ꝯuerſi. mortui
ſūt peccatores. fetidi ſūt diu ī pecca
tis ꝑmanētes Sancti igiť viri aliq̄n

do ponūt manꝰ ſuoꝝ meritorum .i.
ſuoꝝ ſuffragioꝝ ſup ſanos nō vt ſa
nenť. ſed vt in ſanitatē ꝯ̄ſeruentur
⁊ maiorē grām mereantur Act. viij
Tūc īponebāt ſup illos manꝰ ⁊ acci
piebant ſpūz ſanctuz Jmponūt ſuper
debiles ⁊ infirmos vt ad bene opan
dum fortificenť Jaco. v. Jnfirmatur
quis in vobis īducat preſbiteros ec
cleſie ⁊ c̄. Jmponūt ſup mortuos vt
a peccatori viuificentur. quod ſigni
ficatum ē Mathei. ix. vbi dominus
tenuit manuz puelle mortue dicēs.
Tibi dico ſurge. Jmponūt ſuper feti
dos vt miſericordiť reparenť ſic p3
in lazaro q̄triduano ⁊ fetido quē de
us miſericordiť ſuſcitauit Ser. clvi

De tranſlatione beati dominici. ſermo pꝰ.

Ante trāſlationē teſtimonium
habuit enoch placuiſſe deo.
Heb. xi. Hodie feſtum tran
ſlationis dominici celebramus Con
mendať autē in v̄bis p̄miſſis a tribꝰ
Et primo a ſui ſacra dedicatione. cū
dicitur. Enoch. quod intp̄retať d̄di
catione. Dedicauit enim omniū do
mino ſua ⁊ ſe. Sua q̄dem oīa chriſto
dn̄o dedicauit: ꝓpter xp̄m ōnia reli
quendo ⁊ pauperibus largiēdo. De
dicauit ⁊ ſe domīo ihesu chriſto vt po
te totam vitam ſuam in dei obſeq̄ū
mancipando. ſcilicet ſuam pueritiaz
ſuam iuuētutem. ⁊ totam ſuam reli
quā etatē Nā ⁊ in pueritia ſua ſepe le
ctum dimiſit ⁊ ſuper terrā iacuit ⁊ ac
cubuit Prouē. xx. Ex ſtudijs ſuis itel
ligiť puer. Jn iuuētute laſciuias iu
uenū declinauit ⁊ libros vēdens pre
tium paupibꝰ erogauit. Eccı̄. xxij.
Que in iuuētūte nō ꝯ̄gregaſti quō
inuenies in ſenectute Totā etiā reli
quā ſuā etatē ī ordīe laudabiť ꝯſum
mauit. ſapientie. iiij. Conſummatꝰ
in breui expleuit tempora multa ⁊ c̄
Secundo conmendatur a diuina
aꝓbatione cum d̄r. Placuiſſe deo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

placuit aũt deo ꝑ tria ſcʒ ꝑ ordinem
quē inſtituit. ꝑ animas q̃s cõuertit.
et ꝑ ſenſualitateʒ quã rõni ſeruiē co
egit De his tribus dicit̃ Eccleſ. xxv.
In tribus beneplacitũ eſt ſpũi meo
que ſunt cõcordia fratꝝ hoc q̃ñtũ ad
ordinē quē inſtituit vbi vnã animã
et vnũ corpus eſſe voluit. Amor ꝓxi
moꝝ. hoc quãtum ad animas quas
cõuertit quas ad dei et ꝓximi dilecti
onē et amorē adduxit. Et vir et mu
lier ſibi bene cõſentientes. hoc q̃ñtũ
ad ſenſualitatē quã rõni ſeruire coe
git. Tercio cõmendat̃ a miraculoſa
tñſlatione: cũ dicit̃. Ante tñſlationeʒ
teſtimoniũ habuit Habuit quidē teſ
timoniũ ante tñſlationē et poſt tñſla
tionem. et in ipſa tranſlatione Ante
tranſlationē quidē ſcʒ dum viueret
in mũdo Habuit triplex teſtimoniũ
De quo dicit̃. Joh. v. Tres ſunt qui
teſtimoniũ dant in terra ſcʒ ſpiritꝰ.
aq̃. et ſanguis. Sic quidē btõ dñico
adhuc viuente in terris teſtimoniuʒ
dedit ſpũs ſanctus replendo ipm̃ ca
riſmate oĩm gr̃aꝝ. Eccl. xv. Imple
uit eũ ſpiritu ſapiētie et intellectus
Teſtimoniũ ſibi dedit aqua in habũ
dantia lacrimaꝝ Vnde dicit̃ in legen
da ſua Specialem graciã ſibi dederat
deus. flere ꝓ peccatoribꝰ miſeris et
afflictis Teſtimoniũ eciã ſibi dederãt
ſanguis .i. feruens martirij deſideriũ
Vnde dicit̃ de eo. Siciebat ſeruus xp̄i
martiriũ. ſicut ſitit ceruꝰ ad aque flu
uiũ. Scd̃o habuit teſtimoniũ poſt tñ
ſlationeʒ. ſicut modo habet in celo.
q2 tres ſunt qui teſtimoniuʒ dant in
celo. ſcʒ pater. verbũ. et ſpũs ſcũs.
pater namq3 introduxit eum in the
ſaurum ſue potentie. Ps̃. Introibo
in potentias dñi ꝛc̃. Prouerb. xxi.
Theſaurus deſiderabilis et oleum in
tabernaculo iuſti. In btõ eñi dñico
q̃ fuit tabernaculũ xp̄i eſt theſaurus
ad ditandũ et ē oleũ ad miſerandũ.
Habenti illũ theſaurũ nõ deeſt facul
tas Habenti miſerationis oleum nõ
deeſt voluntas. et ideo hẽt ꝑtãtem
vt ditari poſſit. et habet voluntatē
vt ditari velit. Filius ſtatuit eũ iux
ta ſpeculũ ſue ſapie. de quo ſpeculo
dicit̃ Sapie. vij. Candor eſt eñi lucis
et̃ne et ſpeculũ ſine macula. Btũs
igit̃ dñicus et bibit in fonte diuino.
et videt in ſpeculo claro. ps̃. Apud
te fons vite et in luīne tuo videbiꝰ.
Spũs ſcũs introduxit eum in fonteʒ
grẽ et mĩe. De quo dicit̃ Apoc. xxij.
Oſtēdit michi fluuiũ aque viue ſplē
didum tanq̃ criſtallum Ipſe eñi mõ
habet graciã dei habundanteʒ. ideo
dicit̃ fluuiũ Indeficientem. ideo dicit̃
aque viue. Refulgentem. ideo dicit̃
ſplendidũ tanq̃ criſtallum. Tercio
habuit teſtimoniũ in ipſa tñſlatione
ꝑ odorē mirãbilē qui de eius tumulo
emanauit. Non eñi ille odor fuit nãl̃
ſed mirabilis. q2 fuit res ardua. res
inſolita et res inſperata et res ɔtra
ſolitũ curſũ nature effecta. Fuit eñi
res ardua et hoc rõne v̓tutis Tante
eñi fuit v̓tutis q̓ infirmos curabat.
Eccl. xxiiij. Quaſi mirra electa dedi
ſuauitatē odoris Sicut eñi mirra ex
pellit ſerpẽtes. ſic odor ille fugabat
demones et oẽs infirmitates. Scd̃o
fuit res inſolita Et hoc rõne q̃litatis
nulli eñi odori mat̃iali ſilis videbat̃
Quia nimiꝝ celeſtis pigmentarius
nõ de materia terrenoꝝ aromatum
ſed de plenitudie celeſtiũ cariſmatũ
ipm̃ cõfecerat Eccl. xxxviij. Vnguē
tarius faciet vnguēta ſuauitatis ꝛc̃.
Tercio fuit res inſperata Et hoc rõe
q̃ntitatis vincebat eñi omnes alios
odores. Cant. iij. Odor vnguentoꝝ
tuoꝝ ſup omnia aromata. Quarto
fuit res cõtra ſolitum curſum natuē
effecta. Et hoc ratõne originis. Eſt
nãq3 cõi curſũ nature vt de oſſibus
fetidis vnde cõſueuit emanare fetor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

tantus exeat odoꝛ Eccī. xlix. Oſſa ip
ſius viſitata ſūt a deo ſcꝫ ꝑ tam miri
odoris infuſionē. vnde ſequit̄ Et pꝰ
moꝛtē ꝓphetauerunt. nō q̄de verbis
ſed miraculis. nō lingua ſed ſuauis
odoꝛis fragrātia. nō voce ſ; ſpū ⁊ v̄
tute.

Sermo Clvi. De trāſlatione eiuſdem. Sermo ſecundus

Enoch placuit deo ⁊ trāſlatꝰ
ē in paradiſum vt daret ſapi
ētiā gentibꝰ Eccī xliiij. Per
trāſlationē ipſius enoch in paradiſum
terreſtrē ſignificat̄ tranſlatio beati
dominici hodie facta in eccīa militā
ti In verbis āt p̄miſſis ſanctꝰ dñicus
a quatuoꝛ cōmēdatur Primo a deuo
ta xp̄i imitatione. cū dicit̄. enoch. q̄
interp̄tatur ambulās cū deo Cōſue
uit autē homo libent̄ cū alio ambu
lare ⁊ ſe ſibi aſſociare. aut qñ ē ſimil̄
aut quādo eſt familiaris. aut qñ eſt
ꝓpinquus ſiue affinis Innocētia aūt
facit hoīē xp̄o ſimilē. ideo xp̄s inocē
tes ſibi libenter adiungit pſ̄ Innocē
tes ⁊ recti adheſerūt mihi Cōtēplati
o facit hominē deo familiarē Vñ dr̄.
de moyſe maximo cōtēplatoꝛe dī Ex
od. xxxiij. Loquebat̄ dñs ad moyſen
facie ad faciē ſicut loqui ſolet homo
ad amicū ſuū Caſtitas autē facit hoī
nē deo ꝓpinquū ⁊ affinē Sapi. xv.
Incoꝛruptio ꝓximū deo facit. Recte
autē xp̄s ambulauit cū beato dñico
⁊ btūs dñicꝰ cū eo Tū qꝛ fuit ſibi ſi
milis ſeruādo innocētiā baptiſmalē
Tū qꝛ fuit ſibi ſamliaris ꝑ cōtēplati
onē celeſtē. Tū qꝛ fuit ſibi ꝓpinquꝰ
⁊ affinis ꝑ pudiciciā v̄ginalē. pſ̄.
Ego āt in inocētia mea igreſſus ſū
hoc quo ad innocētiā baptiſmalem
Pes meꝰ ſtetit ī directo hoc quo ad
v̄ginalem pudiciciā Pes .i. affectus
aīe tunc indirecto ſtat qñ ad nulla
immūda dilabit̄. ſ; ſemꝑ mūdꝰ ⁊ ca
ſtus ſeruatur In eccleſijs bñdicam te
dñe. hoc quo ad cōtēplationē etnam

Secūdo cōmendat̄ a diuina ap̄pbati
one. cū dicit̄. placuit deo Inter cete
ras autē v̄tutes q̄ deo placēt ē mīa.
iuxta illud Mat. ix. Miam volo ⁊ nō
ſacrificiū Btūs dominicꝰ miſericoꝛ
diā habuit t̄palem ⁊ ſpūalē. Tpa
lem q̄dē qꝛ libros vendidit ⁊ pauperi
bus dedit: ꝑ redemptione captiui ſe
ipſū vendere voluit Si ergo fuit tante
caritatis pietatis ⁊ libealitatis ī mū
do. multo fortiꝰ nunc ē in celo. cū hic
caritatis igniculꝰ ⁊ ibi caminꝰ. yſa.
xxx. Dicit dominus cꝰ ignis in ſion.
⁊ caminꝰ in iheruſalem Hic ſtilla pi
etatis ibi fluuiꝰ Pſ̄ Flumis ip̄etus le
tificat ciuitatē dei Hic fragmentum
liberalitatis ibi cumulꝰ Lu. vi. Men
ſurā bonā ⁊ cōfertā ⁊c̄. Habuit eci
am miā ſpūalem in cōuerſione pccō
rū ꝑ ſollicitā ⁊ feruētem p̄dicationē
Noluit em̄ exercere officiū mūdanū
ſed in in hoc exercuit officium ap̄li
cum .i. Coꝛ .i. Non miſit me dominꝰ
baptiſare ſed euāgeliſare. Officium
angelicum Lu. ij. Ecce euāgelizo vo
bis gaudium magnū. Officium diui
nū. vnde dixit chriſtus Lu. iiij. Ali
is ciuitatibꝰ euangelizare me opoꝛtꝫ
regnū dei. qꝛ iō miſſus ſū Tercio cō
mendatur a felici trāſlatione. cum dr̄
Et trāſlatus eſt in paradiſū Fuit autē
dominicꝰ t̄pliciter tranſlatus. ante
moꝛtē. in moꝛte. ⁊ poſt moꝛtē. Pria
trāſlatio ē q̄tū ad coꝛpꝰ ⁊ ſpū. Se
cūda eſt q̄tum ad ſpū Tercia q̄tū
ad coꝛpus ꝓpriū Pria fuit de loco pi
ciuloſo ad locū ſecurū Secūda trāſlatō
fuit de loco laborioſo ad locum quie
tum Tercia de loco deſpecto ad locū
honoꝛificū Prima q̄dē trāſlatio eſt
q̄tū ad coꝛpꝰ ⁊ ſpūm. ſcꝫ qñ de mun
do tranſlatus eſt ad clauſtrū relin
quens mundū. ⁊ coꝛpoꝛe ꝑ habitati
onē ⁊ mente per amoꝛem. ſap. iiij.
Placēs deo factus dilectus ⁊ viuēs
inter peccatoꝛes tranſlatus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Scḋa tranſlatio eſt quantū ad ſpm̄·
ſcz de mundo ad celū Col'·i·Eripuit
nos de ptāte tenebraꝝ et tranſtulit
in regnū filij dilectionis ſue ·Tercia
eſt quantū ad corpus ꝓpriū de loco·
ſcz deſpecto ad locū honorificum·De
quo pt exponi qḋ dicit̄ Geñ·vltimo
Deus viſitabit vos aſporte oſſa mea
vobiſcū de loco iſto · Primā viſitati
onē ſeu tranſlationē fecit ſpūs ſcūs·
qui ſibi inſpirauit vt mundū relinq̄
ret et religionē intraret Sapie·iiij·
Properauit illum educere de medio
iniquitatū·Scḋam fecit āgelus p̄mo
pater et filius vt patz in apparitione
ſcale·Terciā fecit fideliū cetus Vnde
poteſt exponi illud qḋ dicit̄ ij·Para·
v·Cum veniſſent cuncti ſeniores iſrl'
portauerūt leuite archam·et intule
runt eā in tabernaculum Et dicit ꝙ
tranſlatus eſt in padiſum·Nā p̄ma
trāſlatio facta eſt in padiſum religi
onis Geneſ·ij·Tulit deus hoīem·i·
beatū dñicum et poſuit eū in padiſū
voluptatis ·i· religionis ·vt operaret̄
et cuſtodiet illū·Religioſus em̄ vir
dz cōtemplationi inſiſtē·p bona opa
ſe exercē et ſuum ordinē cuſtodire·
Scḋa facta eſt in padiſū eccleſie tri
umphantis Apoca·ij·Vincenti dabo
edere de ligno vite qḋ eſt in padiſo
dei mei·Tercia tranſlatio facta eſt i
padiſum eccleſie militantis vbi dat̄
mia ad remiſſionem et grā ad iuſtifi
cationē Eccl'·xl·Gracia dei ſicut pa
diſus in bn̄dictionib9 ꝛ miſericordia
in ſecula pmanet·Quarto ꝛ vltimo
btūs dñicus cōmendat̄ a finali inten
tione·cū dī Vt daret gentib9 ſapiaz
Nam inq̄ntū tn̄ſlatus eſt in paradiſū
religionis dedit ſapiaz ſuis doctrinis
Prouerb·v·Deriuent̄ fontes tui fo
ras ꝛ c̄·Inquantū vero tn̄ſlatus eſt
in padiſum eccleſie triūphantis dat
ſapiaz ſuis meritis Ecc̄·xliiij·Sapiaz
ſcōꝝ narrant ꝑpli ꝛ c̄ Et inquantum

tranſlatus eſt in padiſū eccleſie mili
tantis dat ſapiam ſuis miracul' que
coti die innouant̄ et fiūt Eccl'·xxxvi
Innoua ſigna et immuta mirabilia·
Sermo·clvij·De eiuſdē Tn̄ſlatōe
Sermo tercī9

Ecce odor filij mei ſicut odor
agri pleni cui bn̄dixit dn̄s·
Geñ·xxvij·Quia i tn̄ſlatōe
beati dñici·magnus odor emanauit
Ido verbū ꝓpoſitū de ipſo pt exponi
vt ſit v̓bū dicētis Ecce odor filij mei
ꝛ c̄·vbi q̄tuor dn̄r de ipſo odore·
Primo q̄ nō fuit occultus ſ manifeſ
tus·cū dicit̄ Ecce odor Nā hec dictio
ſeu aduerbiū·ecce euidētiā dicit ſeu
importat·Quatuor aūt ſunt que oc
cultari nō pn̄t ſcz res luīnoſa·Eph·
v·Omē qḋ maifeſtat̄·lumē eſt Res
vaporoſa·Ecc̄·xxiiij·Quaſi libanus
nō inciſus vapoāui habitationē meā
Res ignita Prouerb·vi·Nunq̄d pt
q̄s abſcōdē ignē i ſino ſuo ꝛ c̄ Res al
ta etiā occultari nō pt Math·v·Nō
pt abſcondi ciuitas ſup̄ montē poſita
His q̄tuor de cauſis odor ſanctitatis
ſancti dñici abſcondi nō potuit·Pri
mo q2 fuit luīnoſus vt ſcz mundū te
nebroſū illuīaret Ecc̄·l·Quaſi ſtella
matutīa i medio nebule ꝛ c̄·Mūd9
em̄ patiebat̄ nebulas pccōꝝ tenebro
ſitatē erroꝝ et obſcuritatē ignoran
tiaꝝ Con̄ p̄mū attulit ſtatum lucide
vite Et iſte eſt radi9 ſtelle matutīe
Con̄ ſcḋm attulit radiū plene doctri
ne·et iſte ē radi9 lune plene lucētis
in nocte·Con̄ terciū attulit radiū ſa
piētie·et iſte ē radi9 ſol' lucētis i die
Scḋo fuit vaporoſus vt mūdū fetiḋ
odore reficēt·q2 eius caro vapoāuit
odorē v̓ginitatis qua inſtar lilij can
duit·pſ̄·Juſtus ḡminabit ſicut liliū
Eius cor vaporauit odorē caritatis
qua inſtar roſe rubuit Ecc̄·xxiiij·q̄ſi
plantatio roſe i iericho·i·in eccleſia
militāti·Eius opus vaporauit odorē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

ſanctitatis qua ad inſtar thuris deo
placuit Can·iiij·Odoꝛ veſtimētoꝝ
tuoꝝ ſicut odoꝛ thuris Eius verbum
vaporauit odoꝛē veritatis·qꝛ inſtar
balſami redoluit·Ecci·xxiiij·Quaſi
balſamū nō mixtuꝫ odoꝛ meꝰ·Eius
fama vaporauit odoꝛē celebritatis
qua ad īſtar odoꝛis vinee bonos re
fecit ⁊ malos ac ſerpētes ⁊ hereticos
effugauit·Can·ij·Vinee floꝛētes o
doꝛē dederūt Tercio fuit ignitus vt
mūduꝫ frigiduꝫ inflāmaret·Poꝛta
uit ei ſecuꝫ tres ignes ſcꝫ ignita v̓ba
Ecci·xlviij·Verbū illiꝰ quaſi facula
ardebat Ignita exēpla Job·xxxvij·
Nōne veſtimēta tua calida ſunt·Et
ignita deſideria Ez e·i·Scintille qua
ſi aſpectꝰ erat cādentis Quarto fuit
altus ꝑ conſilia vt mūduꝫ deiectum
exigeret Homo qͥdē fuerat humilia
tus īfra āgelum vſqꝫ ad exiliuꝫ vſꝫ
ad trenoꝝ affectū Sꝫ beatꝰ domini
cus oſtēdit remediū ꝑ qđ homo eri
gat ſe vſqꝫ ad dignitatē āgeli ſcꝫ ꝑ
votuꝫ caſtitatis·vſqꝫ ad ſublimitatē
celi·ꝑ votuꝫ obedientie·ſicut ei ino
bediētia de celo hoīeꝫ expulit·ita o
bedientia ipſuꝫ ad celū reducit·Vſꝫ
ad dominū mūdi ꝑ votum paupta
tis que altiſſima ē ⁊ hominē mundo
dominari facit·i·Coꝝ·viij·Altiſſia
pauptas eoꝝ abundauit ⁊ c Secun
do de iſto odoꝛe oſtēdit̄ qꝙ nō fuit ꝑ
uus ſed magnꝰ qꝛ dr̄ ſicut odoꝛ agri
pleni Impleuit qͥdeꝫ mundū celuꝫ ⁊
tumuluꝫ Talis ei odoꝛ mūduꝫ imple
uit Odoꝛ autē qͦꝗ aplicat̄ cauſari cō
ſueuit Aliquādo ei cauſat̄ ex cōcreā
tione Ecc·l·Quaſi thus ardēs in igē
Aliquādo ex ɔtītione Aromata ei in
tegra redolēt modicū·fracta mltū
in puluerē ɔtta plurimū Aliqn̄ ex ē
uelatōe·balſamuꝫ ei clauſū nō ſenti
t̄ ſed vaſe apto ſentit̄ Jo·xij·Domꝰ
īpleta ē odoꝛe vnguenti·Aliqn̄ ex a
gitatione·vnde dicit Augꝰ Pari mō

exagitatuꝫ ⁊ exalat fetoꝛē cenum ⁊
fragrat ſuaue vnguētuꝫ Iſtis moīs
videt̄ fuiſſe cauſatꝰ odoꝛ beati domi
nici ipſe fuit totꝰ igne diuini amoꝛis
concrematꝰ vnde cū tota nocte i ec
cleſia veſtimētis madefactis ꝑnocta
ret mane inueniebant̄ ſicca ac ſi fui
ſſet iuxta foꝛnacē poſita Ipē etiā to
tus fuit ꝑ macerationē ɔtritus·vn̄
tres ſingulis noctibꝰ recipiebat cū q̄
daꝫ cathena diſciplinas Ipſe etiā to
ti mūdo fuit reuelatꝰ ꝑ exempla vi
te·⁊ per v̓ba doctrine·ꝑ miraculoꝝ
operationē·⁊ per oꝛdis inſtitutionē·
Ipē eni in vita actiua ⁊ ɔtemplatia
fuit ſedule exercitatꝰ·vn̄ dr̄ de eo·
Nocte celi ꝑluſtrans lumina·⁊ c·Se
cūdo iſte odoꝛ repleuit celū In celo
qͥdeꝫ eſt qͦdruplex ager Vnꝰ ē plenꝰ
balſamo ſapiētie·Et iſte ager ē apo
ſtoloꝝ Secūdꝰ eſt plenꝰ roſis pacie·
Et iſte ē ager martiꝝ Tercꝰ ē pleꝰ
violis ɔtemplationis eterne Et iſte
ē ager ɔfeſſoꝝ Quartꝰ ē plenꝰ liliis
mūdicie Et iſte ē ager virginū·Be
atus igit̄ dominicꝰ fulgꝫ i agro apo
ſtoloꝝ ꝑ ſapiam iō in euāgilio qđ de
eo legit̄ aſſimilat̄ luci fulgēti Fulgꝫ
etiā in agro martiꝝ ꝑ caritatē igni
tam·iō aſſimilatur ibidē lucerne ar
denti·Fulgꝫ i agro ɔfeſſoꝝ per contē
platione ſupernā·iō aſſimilat̄ ibideꝫ
ciuitati eminenti·Fulgꝫ in agro v̓gi
nuꝫ per mūdiciā·iō aſſimilatur ibidē
ſali cōdienti Tercio iſte odoꝛ imple
uit tumulū·nec miꝝ qꝛ eꝰ coꝛpus fu
it alabaſtꝝ plenū vnguēto oīm gra
ciaꝝ Cant·iiij·Odoꝛ vnguētoꝝ tuo
ruꝫ ſup omnia aromata·Fuit apote
ca plena aromatibus oīm virtutum
Can·v·Gene eꝰ ſicut areole aroma
tū Fuit oꝛtꝰ plenꝰ floꝛibus bonoꝝ o
ꝑū Eiuſdem·iiij Surge aquilo ⁊ ve
ni auſter ꝑfla oꝛtū meū ⁊ c Vltimo
dr̄ de iſto odoꝛe qꝙ fuit a dei bn̄dicti
one emiſſus·cū dr̄·Cui bn̄dixit dn̄s

Jpſe em̄ vt habet̃. Gen̄. xlix. fuit a
deo benedict⁹ benedctōne celi deſu
p. ꝓpter gratie ⁊ omniū v̄tutum īfu
ſionē. benedctōīb⁹ abyſſi iacētis
deorſū. ꝓpter odoris ex tumulo ema
nationem. benedctōībus vberū ⁊
vulue. ꝓpter filioꝝ ꝓpagationem

¶ Sermo. clviij. Jn die pentheco
ſtes Sermo primus

COr mūdum crea in me de⁹ :
⁊ ſpūm rectū innoua in viſ
ceribus meis ⁊c. Propheta
volēs petere grām ſpūs ſancti. prio
petit dari ſibi q̄ddā āte eius aduētū
ſcꝫ cordis mūdationē. cū dicat cor mū
dum crea i me deus Petit quiddā ſi
bi dari in eius aduētu ſcꝫ cordis ino
uationē. cū dicat. Et ſpūm rectū ino
ua in veſcerib⁹ meis Quiddā petit ſi
bi dari poſt eius aduētum ſcꝫ gratie
ꝯfirmationem. cum ſubdit. Et ſpū
p̄ncipali ꝯfirma me ¶ Petit igit̃ prio
mundiciā cordis Qui em̄ vult ſpūm
ſcm̄ recipere debet cor mundū habē
Ratio h⁹ eſt quia ſpūs ſanctus ē co
lumba celeſtis Luce. iij Deſcēdit ſpi
ritus ſcūs ſicut colūba in ipſū Eſt ho
ſpes hōrabilis Sap. xviij. Solē ſine
leſura boni hoſpitij preſtitiſti. Eſt a
micus dulcis Eiuſdē. vij. Infinit⁹ the
ſaur⁹ eſt hominibus quo q̄ vſi ſunt.
pticipes effecti ſunt amicicie dei. Eſt
balſami liquor ſuauis Ecc. xxiiij qua
ſi balſamū nō mixtū odor meus. q2
ergo ſpūs ſanctus ē celeſtis. iō non
habitat i corde lutoſo ⁊ per peccatū
mortale inq̄nato. ſicut nec columba
ponit pedē in luto. qd̄ ſignificatū eſt
Gen̄. viij. Vbi cū noe colūbam emiſi
ſſet cū adhuc tota terra paludoſa eſ
ſet nō inueniēs vbi requieſceret ad
archā ē reuerſa Secūdo q2 ē hoſpes
honorabilis nō vult habitare in hoſ
pitio pulueribus venialiū pctōꝝ aſp
ſo Jdeo dicit Greḡ Tergat ergo ſor
des praui operis qui do preparat do
mum mētis Tercio quia eſt amic⁹
dulcis vult habitare in loco florido
id eſt ameno p variarum v̄tutū ad
ornationē Vnde dilecta inuitat ami
cum ſuū dicens Cant. i. Lectul⁹ noſt̃
floridus eſt. Quarto quia ē balſa
mi liquor ſuauis vult reponi in vaſe
ſolido p perſeuerantiā ⁊ precioſo per
caritatē verā Ecci. l. Quaſi vas auri
ſolidū ⁊c. Jn corde igitur lutoſo ⁊ i
quinato nō habitat ſed fugit Sap.
i. in maliuolā aīaꝫ nōītroibit ſapiē
tia. neqꝫ habitabit in corpore ſubdi
to peccatis Jn corpore vero puluere
venialium aſperſo habitat. ſed nō li
benter. quia quodammodo a multi
tudine venialiū ꝯtriſtatur. Epheſ.
iiij. Nolite contriſtare ſpiritum ſan
ctum Jn corde vero puro ⁊ florido hi
tat delectabiliter Sapientie. viij De
licie mee eſſe cū filijs hominuꝫ Jn cor
de ſolido p̄cioſo ⁊ firmo habitat per
ſeuerant̃. Joh. xiiij. Ad eū veniem⁹
⁊ māſionē apud eū faciem⁹ ¶ Secūdo
ꝓpheta petit q̄ddā ſibi dari in ei⁹ ad
uētu ſcꝫ cord̄ innouationē Spūs enīꝫ
ſcūs ē ignis dei. Luce. xij. Jgnē veni
mittē in terrā ⁊c̄ Et ē fōs dei Ps̄. q2
apud te ē fōs vite ⁊c̄ Eſt auſter dei.
Can. iiij Surge aq̄lo ⁊ veni auſter ⁊c̄
Fac nos hitaē i fo2āmib⁹ petre. i. i vul
nerib⁹ xpi Can. ij. Surge ꝓpera ami
ca mea co. mea ⁊ veni in fora. petre.
Quia ſpūs ſcūs ē ignis dei renouat̃
hō inſtar argēti dponēdo ſcoriā pcci
yſa. i. Excoquā ad puꝝ ſcoriā tuā. q2
ē fōs dei ēnouat̃ īſtar aq̄le ⁊ ceruí. aq̄
la nāꝫ exuſta radio ſolari ſe i aq̄m ꝓ
ijcit ⁊ vetuſtatē deponit Et ceru⁹ pu
gnās cū ſpēte hauſto veneno i fōteꝫ
ſe ꝓijcit ⁊ venenū abijcit. Sic anima
in fōte ſpūs ſancti renouatur ſicut a
quila nouam conuerſationem aſſu
mendo Pſalmiſta. Renouabitur vt
aquile iuuentus tua. Et inſtar cer
ui venenum abijciendo peccati.

Pſ. Queadmodū deſiderat ceruus
ad fontē aquaꝝ. ⁊c. Quia ē auſter
dei renouatᷣ anima iſtar accipitris ꝺ
ponēdo plumas vetuſtas vicioꝝ idu
endo nouas plumas ꝟtutū. Job. xx
xix. Nūquid p ſapientiā tuaȝ plume
ſcit accipitᷣ alas ſuas expandens ad
auſtꝝ. q̃ facit aīam habitare i fora
minibꝰ. renouatᷣ inſtar ſerpētis qui
tranſiēs p foramē anguſtuȝ deponit
vetuſtā pellē Et ſic aīa habitās i vul
neribus xp̄i p deuotionēȝ deponit ve
tuſtaȝ ꝯuerſationeȝ Ephe. iiij. Depoi
te vos ſcd̄m priſtinā ꝯuerſationem
veterē hominē Tercio ꝓpheta petit ſi
bi dari quiddaȝ poſt eꝰ aduentū ſcȝ
grē confirmationē. Spūs ei ſcūs con
ſeruatᷣ ⁊ confirmatᷣ ad ſimilitudineȝ
aque pupille flamīe lucerne Dicitᷣ ei
ſpūs ſanctꝰ aqua Jo. iiij. Qui bibe
rit ex aqua quā ego dabo ei non ſiti
⁊ ieternuȝ. que ſicut ꝯſeruatur p de
curſūȝ. ſic ſpūs ſancti grā p bonoꝝ
operum exercitiū Jō monet apl̄s ij.
Coꝝ. vi. Hortamur vos ne i vacuū
gr̄aȝ dei recipiatis Secūdo ſpūs ſan
ctꝰ ē ſicut pupilla que hȝ hominē diri
gere ⁊ illumīare Pſ. Spūs tuus boꝰ
deducet me i terrā rectā Sicut ergo
ipſa pupilla ꝯſeruatur p palpebre
oppoſitionē. ſic ſpūs ſcūs p elemoſiā
ruȝ largitionē. Ecc. xvij. Elemoſina
viri q̄ſi ſacculꝰ cū ipo ⁊ gratiā hoīs q̄
ſi pupillā ꝯſeruabit Tercio ſpūs ſan
ctus ē ſicut flāma ſiue ignis q̄ habet
animā inflammare ad amorē q̄ qui
deȝ ſeruatᷣ p appoſitioneȝ lignoꝝ. ſic
ſpūs ſcūs p feruorē ſcōꝝ deſiderioꝝ
Ecc. xxviij. Scd̄m ligna ſiluaꝝ ſic ig
nis exardeſcet. Quarto ē ſicut lucerā
q̄ illumīat ea q̄ ſunt i domo aīe que
ſicut ꝯſeruatur p olei appoſitionem.
ſic grā ſpūs ſci p deuotionē. que q̄dē
p oleū ſignificatᷣ. q̃ facit animaȝ re
bus mundi ſup enatare ⁊ i celū aſcē
dere Juxta illud. Joh. iiij. Fiet in eo
fons aque ſalientis i vitā eternam.

¶ Sermo clix. de eodē ſermo 2ꝰ.

Super queȝ requieſcet ſpūs
meꝰ n̄ ſup humilē ⁊ q̄etuȝ ⁊
trementē ſermones meos.
Verbū iſtud legitᷣ. yſa. xlvi. ſecūdū
aliā tranſlationē. vbi notatᷣ q̃ ſuper
ꝗ̄ta gn̄a hominū requieſcit Primo ſu
per humilē Jac. iiij. Deuꝰ ſupbis reſi
ſtit humilibꝰ aūt dat graciā. hoc ſig
nificatū eſt Gen̄. i. vbi ſcȝ dicitᷣ ſpiri
tꝰ dn̄i ferebatᷣ ſup aquas. Nō ei fertᷣ
ſup terraȝ. q̃ nō req̄eſcet in corde tᷣ
reno. nec ſup aereȝ. q̃ n̄ requieſcit
in corde elato. nec ſup ignē. q̃ nō re
quieſcit i corde igne ꝯcupiſcentie in
flāmato. ſed ſup aq̄s q̃ requieſcit i
corde māſueto Econtrario Spiritꝰ
malignꝰ fertᷣ ſup terrā q̃ data ē ſibi
ad māducandū Gene. iij. Terrā co
medes cunctis diebꝰ vite tue. q̃ dia
bolus terrena ſibi incorpat yſa. lxv.
Serpenti puluis panis eꝰ ſup aerem
q̃ datꝰ eſt ſibi ad habitandū Ephe.
ij. Sup principē ptātis huiꝰ aeris. q̃
diabolus ſupbos ihabitat. Job. xli.
Ipſe em̄ rex ē ſup oēs filios ſupbie.
Sup igneȝ gehenne. q̃ datꝰ ē ſibi ad
cōburendum. Mat. xij. Diſcedite a
me maledicti in ignē eternum qui p̄
patus ē diabolo ⁊ angelis eꝰ Et ſup
ignē concupiſcētie q̃ datus ē ſibi ad
ſuccēdendū Oſee. vij. Oēs adulterā
tes q̄ſi clibanꝰ ſuccēſus a coquente.
Sup aquas āt nō confertᷣ. q̃ i corde
ductili ⁊ manſueto nō commoratur. ſ;
ibi contribulatur Pſ. Contribulaſti
capita draconum in aquis ibi ſbmē
gitur. Exod. xv Submerſi ſunt qua
ſi plumbum in aquis vehementibus
¶ Secundo requieſcit ſuper quietis
amatorē. cum dicitᷣ Et quietum. vn
de apoſtoli receperunt ſpiritum ſan
ctum ſedentes id eſt a ſuperfluis cu
ris quieſcentes In huiꝰ ſignificatōeȝ
filij iſrahel non receperunt manna

q̄ꝺiu fuerũt ĩ egipto ⁊ ꝙ diu habue
rũt farinam egipti ⁊ q̄ꝺiu nõ trãſie
runt mare egypti · Nam in egypto
nõ eſt quies neq3 circa mare egipti
Illi autẽ ſũt in egipto qui ſũt in pec
cato Et iſti nõ poſſũt eſſe in quiete
Pſa · xlviij · Nõ ẽ pax impijs dicit do
minus Illi eciã retinẽt farinã egypti
q̃ retinent adhuc delectationez ⁊ co
gitationes peccati: Et tales nõ ſunt
in quiete Job · xiij · Cogitatiões mee
diſſipate ſũt torquẽtes cor meuz Illi
autẽ nõ trãſierũt mare egipti qui ad
huc p̄muntur varijs ſollicitudinib9
mundi Tales eciã nõ ſũt in quiete ·
Jo · xvi · In mũdo p̄ſſurã habebitis ·
in me autẽ pacẽ Qui eñ vult vt ſpi
ritus ſcũs ſup euz requieſcat ⁊ quie
tẽ habere deſiderat · exeat d' tenebro
ſitate peccati abijciat reliquias ⁊ oc
caſioẽs peccati ⁊ deſerat anxias curas
mundi: Tercio requieſcit ſup p̄cep
toꝝ dei obſeruatorẽ Ideo ſequitur ·
Et tremẽtẽ ſermones meos · ꝙ autẽ
obſeruatio diuinoꝝ p̄ceptoꝝ diſpo
nat ad recipienduz ſpũm ſcũm · hoc
habet Jo · xiiij · Si diligitis me ſmo
nes meos ſeruate ⁊ ego rogabo prẽz
⁊ aliũ paclitum dabit vobis Et eciã
ibidez Si quis diligit me ſermonem
meũ ſeruabit ⁊ pr̃ meus diliget euz
⁊ ad eũ veniem9 ⁊ mãſionẽ apud eũ
faciem9 In tales eñ venit ſpũs ſcũs
inflãmando · venit fili9 eos illuminã
do · venit pater in amore ⁊ cognitõe
eos cõſeruãdo · Quãtumcũq3 vero ſũt
aliqui hũiles vel quietis amatores ·
vel p̄ceptoꝝ dei cõſeruatores · tamẽ
pfecte ſpũs ſcũs in eis nõ requieſcit
In pctõribus eñ nullo mõ reqeſcit
qꝛ in eis ẽ pugna cõtinua In ſanctis
autẽ qui ſũt in via requieſcit · ſed ñ
perfecte reqeſcit · ſed ſemiplene · nã
in eis eſt reqes ſemiplena In btĩs ãt
requieuit ⁊ pfecte requieſcit · qꝛ in
eis ẽ plena reqes ⁊ perfecta In hui9
ſignificatione; noe ter emiſit colum
bam In prima miſſione cũ terra eſſ3
adhuc paludoſa nullatenus r̃qeuit
ſed ad archã redijt · per quod datur
intelligi ꝙ ſpiritus ſanctus nõ reqe
ſcit in peccatoribus qui habent cor
da immũda ⁊ in cõtinua pugna · Yſa
ie · lvi · Cor impij quaſi mare feruẽs
quod quieſcere nõ poteſt Et redun
dat fructus eius in conculcationem
⁊ in lutum In ſecunda emiſſione co
lumba requieuit · ſed nõ perfecte re
quieuit · quia requieuit ſuper arbo
rem oliue · ſed non pfecte requieuit
quia iterum ad archam redijt · per
quod datur intelligi ꝙ ſpiritus ſanc
tus in cordibus ſãctorum qui ſunt in
via requieſcit propter munditiam ·
ſed nõ perfecte ĩ eis requieſcit quia
adhuc a corpore habent pugnam ·
Gal' · quinto Caro concupiſcit aduẽ
ſus ſpiritum · ⁊ ſpiritus aduerſus cã
nem In tercia emiſſione columba p
fecte requieuit . quia vltra ad archã
nõ redijt Per qd' datur intelligi ꝙ
ſpũs ſanctus ſup eos qui ſunt in pa
tria perfecte requieſcit cũ in eoꝝ cor
dib9 ſit pax plena ⁊ requies pfecta:
yſa · xxxij · Sedebit popul9 meus ĩ pul
chritudine pacis · in tabernaculis fi
ducie in reqe opulenta ·

Ser · clx · de eodẽ feſto ſer · tcius

Repleti ſũt omnes ſpũ ſancto
⁊ c̃ · Actuu3 ij · Perfecta libe
ralitas in trib9 conſiſtit ſc3
q̃ndo quis dat multũ · ⁊ mltis prec
oſa De9 hodie fuit valde liberal' · qꝛ
dedit multũ cum dicitur · repleti ſũt ·
Dedit multis cũ dicit' · omẽs Et dedit
donũ vtile ⁊ p̄cioſuz · cum dicit' · ſpũ
ſancto Dedit quidã apoſtolis mltũ ·
quia eis dedit in abundantia ſpiritũ
ſanctum Licet enim ſacti viri in pre
ſenti vita ſunt quibuſdaz guttis ſpi
ritus ſancti aſperſi · Apoſtoli tamen
fuerunt fluuiali abundantia pleni ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Jo. vij. Flumīa de ventre eꝰ fluent
aque viue. hoc autē dicebat de ſpū
quē erant accepturi credentes in eū
De iſto flumine dei dr Ezechi. xlvij.
Menſus eſt mille cubitos ⁊ traduxit
me per aquam vſqꝫ ad talos . rur
ſus mēſus ē mille ⁊ traduxit me per
aquaʒ vſqꝫ ad genua. rurſus mēſus
eſt mille ⁊ duxit me per aquā vſz ad
renes ⁊ menſus ē mille torrētē quē
nō poterat trāſire quomā intumue
runt aque ꝓfunde torrētis q̄ non po
tuit trāſuadari In talis nāqꝫ ē tota
corporis ſupportatio In genubus eſt
deambulatio In renibꝰ eſt fomes ⁊
libido. in aquis intumeſcentibus eſt
abundantie plenitudo . In iſtud er
go flumen ſpūs ſancti apoſtoli ſunt
traducti vſqꝫ ad talos quādi ſunt fa
cti fortes ad ſuſtinēduʒ pondus omī
um paſſionuʒ ⁊c. Ps Ego confirma
ui columpnas eꝰ Vſqꝫ ad genua qn̄
facti ſunt magnaīmes ad ꝓgredien
duʒ ⁊ aggrediēdum opa virtutū ps
Ibunt de virtute ī virtutē Vſqꝫ ad
renes quādo debilitatꝰ ⁊ extinctus
eſt in eis omnis fomes ⁊ ꝯcupiſcētia
Ps Inflammatū eſt cor meū ſcʒ igē
ſpūs ſancti. ⁊ ideo renes mei muta
ti ſunt Aque vero huius flumīs vehe
menter ī apoſtolis intumuerūt quia
datus ē eis ſpūs in abundantia yſa.
xxx. Spūs eꝰ ſicut torrens inundans
vſqꝫ ad mediū colli In alijs ſanctis
flumē ſpūs ſancti aſcendit infra col
lum In apoſtolis autē vſqꝫ ad medi
um colli In xp̄o autē vſqꝫ ſupra col
lum qꝛ nō ad menſurā recepit ſpūm
Fuerūt autē apoſtoli repleti q̄dru
plici mēſura ſpūs ſcī de q̄ dr. Lu. vi
Mēſuraʒ bonā ⁊ ꝯuertā Mēſurā q̄de
bonā hūerūt ī ſua iuſtificatōe . Ro.
v. Caritas dei diffuſa ē ī cordibꝰ noſ
tris ⁊c. Confertaʒ habuerūt ī alioꝝ
ꝯuerſatione . Deꝰ eī ſup̄ illud qđ ne
ceſſe erat eis ad iuſtificationē contu
lit ⁊ addidit ea que neceſſaria erāt
ad alioꝝ cōuerſionē ſcʒ eloquentiā v
bi. ardorē zeli. ſcripturaꝝ intelligē
tiam. in aduerſis firmā cōſtantiaʒ.
⁊ in miracul' faciēdis magnā poten
tiā Habuerūt mēſurā coagitatā ī ſu
i cōfirmatione. qꝛ nunq̄ ab ip̄a cade
re potuerūt . ps. verbo domini celi
firmati ſūt ⁊c Et habuerūt mēſuraʒ
ſupeffluentē in doctrinaꝝ abundāti
emanatione q̄ totū mundum doctri
nis repleuerūt ps . Flumē dei reple
tum ē aquis Ex iſto flumine deriua
ti ſunt multi riui .i. doctoꝝ ſententie
multe Et ex iſtis riuis ꝓceſſerūt mł
ta ſtillicidia .i. modernoꝝ doctoꝝ di
cta. vn̄ ſeq̄t Riuos eꝰ ebrians multi
plica genimina eꝰ ¶ Secūdo liberali
tas dei attendit in hoc ꝙ dedit mul
tis . in hoc ꝙ dr Omnes Si ergo r̄ple
ti ſunt oēs ſpū ſcō. ergo ⁊ pccōres q̄
nō ſunt repleti nō ſunt de nūero vni
uerſi Omnia eī entia aut hn̄t eſſe . ā
viuere. ā ſentire. ā racioci nari. ā in
telligere Pccōres autē nō hn̄t eſſe .
qꝛ omē eſſe ē a forma Forma vero ip
ſius eſſe ſpūalis ē caritas .iuxta illđ.
Phil'. iij. Obſeruate eos qui nō ābu
lant ſicut habetis formā nrāʒ . Quia
igit̄ peccatores nō hn̄t formā eē ſpi
ritualis . iō nō habēt eſſe ſpūale vn̄
dicit̄ de diabolo Job. xviij. Habitāt
in tabernaculis illiꝰ ſocij eꝰ qui nō ē
Secūdo nō habēt viuere Duo enim
ſunt ſigna vite ſcʒ ſenſus ⁊ motꝰ Ip
ſi autē nō habēt ſenſuʒ dilectōis vel
cognitōis diuine. nec motū opatio
nis bone ps Oculos habēt ⁊ nō vide
bunt. hoc quo ad ſenſuʒ diuine dilec
tionis ⁊ cognitiōis . Duo enim oculi
ſunt intellectus ⁊ affectus Pedes ha
bent ⁊ nō ambulabunt . hoc quo ad
motū bone opatōis . Tercio nō hn̄t
ſentire Non eī ſentiunt diabolicas tē
ptationes nec deceptiones . Ideo au
tem non ſentiunt. quia conſentiunt

Jlle em̄ ſentit · qui diſſentit Prouẽ ·
xxiij · Verberauerūt me · ſed non do
lui · traxerūt me ⁊ ego nō ſenſi Quā
to nō habent rōnari · q̄ꝛ nō viuunt
ſecūdum rōnez · ſed ſcd̄m ſenſualita
tē Et iō nō ſunt rōnabiles · ſꝫ bruta
les Ps̄ Facti ſunt ſicut equꝰ ⁊ mulꝰ
q̄bus nō eſt itellectus Quinto nō ha
bent itelligere · q̄ꝛ vera itelligētia ē
deuz timere ⁊ a malo recedere Prou ·
xxviij · Ecce timor dm̄ ipſe eſt ſapien
tia · ⁊ recedere a malo ē itelligentia
¶ Tercio oſtendit̄ liberalitas dei · q̄ꝛ
dedit donū precioſuz · cum dꝫ Spū ſā
cto Jdeō autē ſpūm ſanctum recepe
runt q̄ꝛ habuerūt corda pura ⁊ cari
tate vnita ⁊ fuerūt receptacula mun
da Sicut cātat eccleſia Jnuenit eos
receptacula mūda ⁊ tribuit eis cariſ
matuz dona Jnuenit eos ↄcordes in
caritate · Quatuor em̄ ſūt q̄ de facili
ſe infundūt ſcꝫ aer duz attrahit̄ · lux
dummodo feneſtra aperiat̄ · aq̄ dum
modo loca depreſſa inueniat · Et ig
nis dūmodo materiā p̄paratam ha
beat Et quia ſpūs ſanctꝰ ſignificat̄
p aerez · lucē · aquā · ⁊ ignez · ideo in
ſtar aeris ſe ſtatim diffūdit dūmodo
attrahat̄ deſiderio cordis Ps̄ Os me
uz aperui ⁊ attraxi ſpūz · inſtar lucis
dūmodo aperiat̄ feneſtra volūtatis
Apoca · iij · Ego ſto ad oſtiū ⁊ pulſo ·
⁊ c̄ Jnſtar aque dummodo inueiat
cor depreſſuz .i. humile ⁊ māſuetum ·
Ps̄ Qui emittit fōtes in conuallibꝰ
Jnſtar ignis dūmodo iueniat ligna
bonoꝝ opeꝝ Ecci · xxviij · Sicut ligna
ſiluaꝝ · ſic ignis exardeſcit ·

¶ Sermo clxi · ꝺ eodē feſto · ꝼ · nij

ROgabo prēm ⁊ aliuz paracli
tū dabit vobis ſpūm verita
tis quem nō poteſt mundus
accipere Jo · xiiij · Per mūduz in hoc
loco intelliguntur amatores mundi
.i. ſupbi · auari · ⁊ luxurioſi · Jſta em̄
tria peccata ſpūm ſanctum ne recipi
atur impediūt ⁊ recepto malā r̄muē
rationem impendunt ⁊ male remuē
ratum expellunt ¶ Primo igitur ne
r̄cipiatur impediunt · ⁊ hoc oſtēdit ·
Criſ · ſup matheum p tria exempla
dicens Si leoni oſtēdatur pratuz vi
rens nō excitatur eius appetitus ad
comedendū · q̄ꝛ non eſt natura eius
comedere herbas ſed carnes · Si plu
uia cadat ſuper lapidez · lapis quidē
a foris balneatur · ſed intus manet
ſiccus Si vaſi pleno aceto guttā mel
lis infundas · mel pdis ⁊ acetū non
immutabis · Per leonē igit̄ carnes
comedentē intelligunt̄ homines car
nales qui nichil ſpūale accipere poſ
ſunt · q̄ꝛ non eſt natura ſua id eſt cō
ſuetudo ſua appetere herbas viren
tes id eſt celeſtes amenitates ſꝫ car
nes id eſt carnales voluptates p̄ma
Corinthi · ij · Animalis homo non p
cipit ea que ſunt ſpūs dei · Per lapi
dem intelligūtur ſuperbi qui habēt
cor durum Job · xli · Cor eius indura
bitur ſicut lapis Et ideo pluuia ſpiri
tus ſancti cor eius de foris tantuz at
tingit Jntus autem itrare nō poteſt
quia cor eius duꝝ ⁊ clauſum habet
Et ideo interius ſiccus remanet · Et
dicere poteſt illud Pſalmiſte Aīma
mea ſicut terra ſine aqua tibi · Per
acetum intelliguntur auari qui hn̄t
cor plenum aceto id eſt amore mun
dano Jdeo ſi aliqua dulcedo ſpūs ſā
cti cor eius intrauerit non poteſt ſen
tiri : quia pre abūdantia amoris mū
dani perditur ⁊ ſuffocatur ideo dicit
Auguſtinus ſuper illud · Diligite do
minum omnes ſancti eius Diſce non
diligere mundum vt diſcas diligere
ipſum deum Auerte vt conuertaris
Funde vt implearis ¶ Secundo iſta
tria peccata ſancto ſpiritui iaꝫ r̄cep
to malam remunerationez impedūt
Sicut enim dicit Auguſtinus ymmo
innocentius tcius in q̄dam decretali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Tria ſunt q̄ male remunerant hoſpi
tes ſuos ſcʒ mus in pera · ignis ī ſinu ·
⁊ ſerpens ī gremio · Mus ī perā ē ſup
bia in aīa q̄ omīa bona ſpūalia come
dit ⁊ corrodit · Eze · vi · Nō te extol
las in cogitatiōe aīe tue velut thau
rus ne forte elidatur vͦtus tua ꝑ ſup
biam ⁊ folia tua comedat ⁊ fructus
tuos ꝑdat ⁊ relinquaris velut lignū
aridum ī heremo Ignis in ſinu eſt a
uaricia in affectu q̄ omīa ſpūalia q̄ ī
aīa īuenit annichilat ⁊ ꝯſumit Job ·
xxxi · Ignis ē vſq ad ꝯſumptionem
deuorās ⁊ omnia eradicās genimiā
⁊ c · Iſte ē ille ignis de quo dr · Pro
uer xxx · Ignis ei nunq̄ dicit ſufficit
Serpēs in gremio ē luxuria in aīo q̄
ibi venenū diffūdit ⁊ vitaʒ gracie ex
tinguit Prou · v · Fauus ſtillās labia
meretricis · Eiuſdē · xxxiij · Ingredit̄
blāde · ſed in nouiſſimo mordebit vt
coluber · ⁊ quaſi regulus venena dif
fundet Tercio iſta tria q̄ dicta ſūt ſpi
rituʒ ſanctū male remuneratuʒ expel
lunt · Sicut autē colligit̄ ex dictis ſa
lomonis ⁊ q̄d ā glo · hoc tāgit · Tria
ſunt q̄ expellūt hominē de domo · ſcʒ
fumꝰ · ſtillicidiū · ⁊ mala vxor · Per
fumū intelligit̄ ſupbia q̄ ī altuʒ aſcē
dit ⁊ cito deficit Ps · Aſcendit fumꝰ
⁊ c̄ · Iſte fumꝰ ſuperbie ſpūm ſanctū
de corde expellit ⁊ ne reuertat̄ ſemp
reſiſtit Act · vij · Dura ceruice ⁊ in cir
cūciſi cordibꝰ ſēp vos ſpūi ſcō reſtitiſ
tis Per ſtillicidiū intelligit̄ ipſa aua
ricia · q̄ꝛ ſtillicidiū hominē in domo ī
quietat · ſic auaricia varijs ſollicitu
dinibꝰ ⁊ diuicijs animā ſuffocat · iux
ta illud Luc · viij · A ſollicitudinibus
ſuffocant̄ Tales ei ſpūm ſcūm expel
lunt · cū tamen dicat̄ · i · Theſ · v · Spi
ritū nolite exti nguē Per malaʒ vxo
rē intelligitur carnalis concupiſcen
tia que ſemp cuꝫ ratione litigat · iux
ta illud Gal · v Caro concupiſcit ad
uerſus ſpiritum · Et iſti tales ſpūm
ſanctum ⁊ filium dei pedibus inmun
dis ꝯculcant ⁊ cōtumelia dehonorāt
Heb · x · Quāto magis putatis deteri
ora mereri ſupplicia qui filium dei cō
culcauerit ⁊ ſpūi gracie cōtumeliaʒ
fecerit · De hac vxore ſiue ꝯcupiſcen
cia carnali · Roā · viij · Prudentia car
nis mors ē Voluptas ei carnis ita te
net hominē in delicijs q̄ꝺ ad eternas
delicias puenire nō deſiderat · Vnde
in figura huius dr · iij · Reg · xij · q̄ꝺ fe
cit ierobaam duos vitulos aureos ·
vnum in dan · alium in bethel ne po
pulus reuerteretur in iheruſalem · ſꝫ
ipſos adorarent Qui vituli ſunt du
plex laſciuia ſcʒ voluptas carnis · ⁊
vanitas mundi quas tam clerici q̄
laici adorant ⁊ ad celeſtem iheruſa
lem ire nō laborant Ad hunc vitulū
conflatilem faciendū populus iſrl̄ in
aures proiecit q̄ꝛ quicq̄ habet hō p̄
ciosum ad hoc expendit vt voluptas
vel vanitas impleatur · Et ſic volup
tas carnalis ſpūm ſcūm expellit ·

Sermo clxij · De eodeʒ ſermo v

Ignem veni mittere in terrā
Et quid volo niſi vt accēda
tur Lu · xij · De iſto igne ſpi
ritus ſancti quatuor ſunt videnda
Primo qualis fuerit quantum ad ſi
militudineʒ · quia venit in ſimilitudi
nem lingue Et potiſſima ratio fuit vt
hic oſtendatur quale linguagiuʒ ſit
in celo quia ibi nō ſunt niſi verba ig
nita ⁊ vͦba amoris Deus eniʒ tres ꝓ
uincias fecit ſcilicet prouinciam cele
ſtem · prouinciam terreſtrem · ⁊ pro
uinciam infernalem · Et in qualibet
prouincia poſuit proprium linguagi
um Eſt enim linguagium prouincie
celeſtis deum laudare ⁊ benedicere ·
Pſalmus · Beati qui habitant ī do
mo tua domine in ſecula ſeculorum
laudabunt te Et linguagium proui
cie terreſtris eſt de terrenis tractare
Johan · iij · Qui de terra eſt de terra

loquit᷑ Sed linguagiū ꝓuīcie infer
nalis eſt maledicere ⁊ blaſphemare.
Yſai. viij. Cū eſurierit iraſcet᷑ ⁊ ma
ledicet regi ſuo ⁊ deo ſuo. Cogno
ſcitur autē quis quis ꝺ qua ꝓuīcia
ſit ad linguagiū ⁊ ex linguagio ſuo
ſeu loq̄la Unde dictū fuit petro Ma
thei. xxvi. Galileus es. naꝫ ⁊ loque
la tua manifeſtū te facit Cū igit᷑ q̄s
loq̄tur verba laudis ⁊ edificationis
ꝓximi ſignū eſt ꝙ ē de ꝓuīcia celi
⁊ de ꝓuīcia celeſti. vnde dicebat.
dominꝰ Jo. viij. Quare loq̄laꝫ meā
nō cognoſcitis Quādo autē quis lo
quitur v̾ba terrena ſignū eſt ꝙ eſt
de ꝓuīcia mūdi ſeu terreſtri. i. Jo.
iiij. Ipi de mūdo ſunt ⁊ de mūdo lo
quntur ⁊ mūdꝰ eos audit. Quando
vero aliquis loq̄tur v̾ba mēdacij ⁊
blaſphemie tūc eſt ſignū ꝙ ē de ꝓfeſ
ſione ⁊ ꝓuīcia ipſius miſerabilis in
ferni q̄ꝛ iſtud ē ꝓpriū linguagium de
monis infernalis Jo. viij. Cū loqui
tur mēdaciū ex ꝓprijs loquit᷑ Secun
do videndū eſt q̄lis ſit iſte ignis q̄tū
ad v̾tutem Habet enī virtutē incli
natiuā. q̄ꝛ alta humiliat ⁊ incinerat
⁊ annichilat. habet virtutē eleuati
uaꝫ q̄ꝛ ſurſum ferr᷑ ⁊ tendit. habet v̾
tutē coadiuuatiuā fluida q̄ꝛ ſolidat
⁊ adiuuat Sic ſpūs ſcūs ſm dyoni.
in libro de diuinis noibus. habꝫ v̾tu
tē inclinatiuā, q̄ꝛ illos quos replet i
clinat inferiꝰ p ſui humilitatē ⁊ cōtē
ptum. Pſ. Auferes ſpūm eoꝝ ſcꝫ ſu
pbie. ⁊ deficiēt ſcꝫ a ſe ipſis ⁊ in pul
uerē ſuū reuertent᷑ p ſui annichilati
oneꝫ ⁊ contēptum Secūdo habꝫ vir
tutē eleuatiuā q̄ꝛ eleuat eos ſuperiꝰ
p deſiderium eternoꝝ Ezec. viij Ele
uauit me ſpūs inter terrā ⁊ celū dux
it me in iheruſaleꝫ in viſione dei Tē
cio habet v̾tuteꝫ coadiuuatiuaꝫ per
cōcordiā ⁊ vnitatē morum Ephe. iiij
Solliciti ſeruare vnitatē ſpūs in vin
culo pacis Virtus nanqꝫ ignis in hoc
cōſideratur. q̄ꝛ ſūbſternit ſibi ōmnia
alia elemēta ſcꝫ terrā in carbonibus
aerē in flāma. aquā i balneo calido
Sic ⁊ ſpūs ſanctꝰ ſūbſternit ſibi terre
nam cupiditatem Greg. in omelia.
Nō ſpūs ſcūs apoſtolos in tāte celſi
tudinis culmen erexit. Quid aliud
dixerim. niſi ꝙ mētes terrenoruꝫ ce
los fecit Ambicioſam vanitatē. pſ.
Qui emittit fontes in cōuallibꝰ .i. ḡ
tiam ſuā p̄ſtat humilibus. Et volup
tuoſā carnalitateꝫ Gal. v. Spū am
bulate ⁊ deſideria carnis non perficie
tis Tercio videnduꝫ ē qualiter iſte ig
nis extinguitur Nā extinguit᷑ p̄mo p
ventuꝫ ſupbie. Job. i. Ventꝰ vehemēs
a regione deſerti concuſſit q̄tuor angu
los domꝰ Quatuor enī āguli domꝰ
ſpūalis ſunt fides. ſpes. caritas. ⁊
bona opatio Secūdo p lignoꝝ ſepati
oneꝫ .i. p ſpūm diſcordie Sicut enī a
nima nō viuificat membra ſepata.
nec ignis inflammat ligna diuiſa. ſic
nec ſpūs ſanctꝰ illos inflāmat q̄ ſūt
diuiſi a deo p mortalem culpā pſa. lix.
Iniquitates vr̄e diuiſerūt inter vos
⁊ deū vr̄m Ul' a ꝓximo diſcordia me
diāte ſeu p diſcordiaꝫ Luce. xi. Omē
regnū in ſeipm diuiſū deſolabit᷑ Uel
ab eccia p excoīcationis ſentētiam.
Mat. xviij. Si eī ecciam nō audierit
ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus.
Tercio extinguit᷑ p aquam luxurie.
Ecci. iij. Ignē ardēteꝫ extinguit aq̄.
Cetera nāqꝫ vicia nō omnino exting
uūt igniculū cordis q̄n aliquādo ibi
remāneāt alique affectōnes bone vo
lūtatis Luxuria āt adeo extinguit ꝙ
nihil ſpūale i corde relinquit᷑ ſed to
tus hō caro efficit᷑ Quarto videndū
eſt qualiter iſte ignis cōſeruatur Et
hoc fit per lignoꝝ appoſitioneꝫ id eſt
bonoꝝ opeꝝ multiplicationem Ecci.
xxviij. Scdm ligna ſilue. ſic ignis ex
ardeſcet. Leuit. vi. Ignis in altari
meo ſemp ardebit. quē nutriet ſacer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

dos ſubӈciēs ligna p ſingulos dies
Secūdo p cineris aſperſionem.i.me
morie mortis ſup inductōnem Job.
xvi. Operui cinere carnē meā.ij.Co
rin.iiij. Habem⁹ th'ez aut iſtum in v
ſis fictilibus Tercio p ſufflationez.i.
frequentē meditationē Eccl.xxviij.
Si ſufflaueris quaſi ignis exardebit.
Nihilominus ⁊ ipſe chriſt⁹ ſufflat Jo
han.xx. Inſufflauit ⁊ dixit Accipite
ſpūm ſanctū Quarto p diligentē ab
omni cōtrario cōſeruationem.i. per
malaꝝ ſocietatū vitationē Ex mala
enim ſocietate hō̄ peruertitur i intel
lectu q̄ntum ad cognoſcēda Prouē.
xiij. qui cū ſapiētibus gͣditur ſapiēs
erit Amicus ſtultoꝝ efficietur ſimil'.
Inquinatur in affectu q̄ntum ad dili
genda Eccl.xiij. Qui tetigerit picez
inquinabit' ab ea Et emoleſcit in ef
fectu q̄ntum ad operādū Jere.l. Re
cedite de medio babiloñis ne forte e
moleſcat cor veſtrū.

Sermo.centeſim⁹ ſexageſim⁹
tercius.de eod. Sermo ſextus.

De excelſo miſit ignē i oſſib⁹
meis ⁊ erudiuit me Treñ.i.
hec poſſunt eſſe v̄ba eccleſie
recolentis aduentuz ſpūs ſancti in a
poſtolos p quos ad fidez eſt erudita
In quibus verbis q̄tuor oſtendunt'.
Primo vñ miſſus ē q2 de excelſo. In
btā quidez trinitate eſt quadruplex
excelſuz. Primū eſt infinite poteſta
tis Jo.xij. Excelſior q̄dem celo ē ⁊ q̄d
facies ꝰ. Secūdum ē infinite varieta
tis.p quod omnia pſpicit ⁊ cognoſ
cit. Ps. Domin⁹ pſpexit de excelſo
ſancto ſuo. Tercium ē ifinite carita
tis ẏſa.vi. Vidi dñm ſedentē ſup ſo
liū excelſū ⁊ eleuatū. Quartū ē infi
nite bōitatis p qd oculo ſuo mīe nos
reſpicit. ps. Excelſus dñs ⁊ huīlia re
ſpicit. De iſto q̄druplici excelſo iſte
ignis ſcī ſpūs in apl'os ē miſſus. In
ipſis eñ erat q̄druplex defect⁹. Pri
m⁹ q̄ntū ad interptatiuā q2 timidi erāt
cōfiteri xp̄m Sicut p3 i principe apl'o
rū qui dū mori timuit vitā negauit
Secūdus ē q̄ntum ad intellectiuā: q2
multa ignorabāt q̄ tamē ipſos ſcire
expediebat Jo.xvi Adhuc habeo vo
biſcū multa dicere.ſed nō poteſtis
portare modo Terci⁹ q̄ntum ad affe
ctiuā.q2 in amore dei adhuc tepidi ⁊
frigidi erant.nec xp̄m eo mō dilige
bant quo eū diligere debebāt Joh.
xiiij Si diligeritis me.gauderetis vti
q3.q2 vado ad prēm Quartus q̄ntuz
ad opatiuam.q2 infirmi erāt ad ag
grediendū opa fortia ⁊ virtuoſa qd
innuit'. Mat.ix. Nemo imittit cōmiſ
ſurā panni rudis in veſtimētū vet⁹
⁊ c.q2 igitur hēbant defectū q̄ntum
ad interptatiuaz miſſus ē ſpūs ſcūs d
excelſo ifinite poteſtatis vt timidos
roboraret.qui eñ prius timebāt ta
cēdo: poſtmodū nō timuerunt cuz fi
ducia cōfitēdo. Act.iij. Repleti ſpū
ſancto loquebantur cum fiducia ver
bum dei. Qui prius timebant confi
teri in vna lingua.poſtmodum ſunt
confeſſi in omnibus linguis. Actuū
primo Ceperūt loqui varijs linguis
Et qui prius timebant fragilez mu
lierem.poſtmodum non timuerunt
principem neq3 imperatorem Actuū
quinto. Obedire magis oportet deo
q̄ hominibus ¶ Secundo quia habe
bant defectum quantum ad intellec
tiuam.miſſus eſt de excelſo veritatis
infinite vt inſcios edoceret Johan.
decimo ſexto. Cum autem venerit
ſpiritus veritatis docebit vos omnē
veritatem ſcilicet vite ⁊ doctrine. ⁊
iuſticie Sapientie octauo. Sobrieta
tem enim ⁊ ſapientiam docet.atq3
iuſticiam ⁊ veritatem.quibus vtili⁹
nichil eſt in vita hominibus.ſobrie
tatem.quo ad veritatem vite: Et
prudentiā.quo ad veritatē doctrine.
⁊ iuſticiaz quo ad veritatē iuſticie.

¶ Tercio quia habebant defectum
quo ad affectiuam. miſſus eſt de ex
celſo infinite caritatis vt frigidos in
flammaret Inflammauit enim cor
da eoꝝ Gregorius. Foris apparenti
bus linguis igneis. intus facta ſunt
corda inflammatiua Eorum verba.
Gregorius. In igneis linguis appa
ruit ſpiritus. quia omnes quos re
pleuerit ardentes pariter ⁊ loquētes
facit. . Eciam eorum opera. Job. xx
vij. Nonne veſtimenta tua calida
ſunt cum pflata fuerit terra auſtro
¶ Quarto quia ipſi habebant defec
tum quantum ad operatiuam miſſꝰ
eſt de excelſo infinite bonitatis. vt e
os perficeret ⁊ conſummaret. Naꝫ q̄
prius faciebāt opera debilia. poſtmo
dum aggreſſi ſunt fortia Aggreſſi ſūt
autem quoddam opus quod eſt ſup̄
naturam id eſt caſtitatem ſeruare.
Jheronimus. In carne preter carnē
viuere non humanum ſed angelicū
eſſe puto. Et quoddam opus quod
eſt contra naturam ſcilicet mortem
affectare. Act̄. xxi. Ego non ſolum
alligari. ſed ⁊ mori paratus ſum pro
nomine domini iheſu. Quoddaꝫ qd̄
eſt contra conſuetudinem humanā
ſcilicet diuicias contemnere Act̄. iij
Argentum ⁊ aurum non eſt mecum
⁊ c̄. Et quoddam quod ē contra ra
tionē ſcꝫ deum credere trinuꝫ ⁊ vnuꝫ
de virgine natum ⁊ paſſum Iſta enī
credere non potuerūt niſi p ſpirituꝫ
ſanctum Sapi. ix. Senſum autem tu
um quis ſciet niſi tu dederis ſapienti
am ⁊ miſeris eis ſpūm ſanctum de al
tiſſimis. Quoddaꝫ qd̄ eſt ſupra huā
naꝫ conditionē ſcꝫ nullaꝫ ad malum
habere promptitudinē. qꝛ ſicut dici
tur Ge. viij. Senſus ⁊ cogitatio hu
mani cord̄ prona ſūt ad malum ab a
doleſcentia ſua In apoſtolis āt fuit
q̄dem natura ad maluꝫ prona ſed in
bonuꝫ confirmata p̄s. Ego cōfirma
ui columnas eius Secundo oſtēditur
qualiter ſit miſſus. quia in ſpecie ig
nis. cum dicitur. miſit igneꝫ. ꝺ quo
cantat eccleſia. aduenit ignis diuiꝰ
non cōburens. ſed illuminās. nō ꝯ
ſumens ſed lucens. Ex quo habetur
ꝙ iſte ignis nō fuit carbo. nec flam
ma ſed lux Carbo eīeſt ignis ī mate
ria terreſtri Et iō nō apparuit ī ſpe
cie carbonis qꝛ illos quos replet non
facit predicare ꝓpter terrenuꝫ queſ
ſtum ſed ꝓpter celeſte premium. i.
Coꝝ. ix. Que eſt ei merces mea vt
euangelium ⁊ c. Nec apparuit ī ſpe
cie flamme. quia flāma eſt ignis in
materia aeris. ſpūs autem ſanctus
illos quos replet non facit p̄dicare
ꝓpter fauoreꝫ humanum. ſed ꝓpter
honorem diuinum. Gal̄. i. Si adhuc
hominibus placerem chriſti ſeruꝰ nō
eſſem Apparuit ergo ī ſpecie lucis q̄
eſt ſimplex ⁊ puriſſima. quia quos re
plet p̄dicare facit ex ſincera ītentioē
ſcꝫ ꝓpter vtilitateꝫ proximi ⁊ honorē
dei Phil̄. iiij. Nō quero datum ſed q̄
ro fructum ⁊ c. Tercio oſtēditur in
quos ſit emiſſus ſcꝫ ī apl̄os. cum di
citur In oſſibus meis Apoſtoli enim
dicuntur oſſa. qꝛ fuerūt exterius du
ri per paſſionuꝫ tolerationē Job xxij
Solidiſſimi quaſi ere fuſi ſūt. fuerūt
ſolidi qꝛ minas nō timebant. ſolidi
ores qꝛ verba contēpnebāt. ſolidiſſi
mi qꝛ mortē deſpiciebant. Interius
autem fuerūt medullis pleni per de
uotionem Job. xxi. Medullis oſſa il
lius irrigantur Medulla eī ſecundū
rabanuꝫ dicitur. ex eo ꝙ madefacit
oſſa Et eſt calide nature et dulcis ſa
poris. qꝛ deuotio ſpiritualis ⁊ aīam
aridam madefacit. frigidaꝫ accēdit.
et mundi amaritudinem in celeſtē
dulcedinē cōuertit Quarto oſtendi
tur q̄re miſſꝰ ē cū ꝺr Et erudiuit me
Spūs nanqꝫ ſanctus apl̄os erudiuit
Nā ī credēdis ꝺdit eis plenā veritatē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Vnde dicit̄ · ſpūs veritatis Joh · xiiij ·
Spm veritatis quē mūdꝰ n̄ poteſt ac
cipere In diligendis dedit ordinatā
caritatē · ideo dicit̄ Spus caritatis · i ·
Joh · iiij · Deus caritas eſt ⁊ c̄ · In ope
randis dedit pfectā ſanctitatē. Et iō
vocatur ſpūs ſanctus Joh · xiiij · Pa
raclitus autē ſpūs ⁊ c̄ · in ſuſtinēdis
dedit cōſolationē ⁊ iocunditatē Joh
xv · Cum venerit paclitus ·

Sermo Centeſimus lx · quartꝰ Eodem die · ſermo · ſeptimus ·

Si quis diligit me ſermonez
meū ſeruabit ⁊ c̄ · Joh · xiiij · :
Circa aduentū ſpūs ſancti
in ſupradictis verbis tria ponuntur ·
Primo ipſius ſpūs aduentꝰ ſiue miſ
ſio · cū dicit̄ Ad eū veniemꝰ · Secūdo
miſſi cōfirmatio · cū dr Et manſionē
apd eū faciemꝰ Tercio ipſiꝰ miſſi ⁊ ꝯ
firmati manifeſtatio · cū dicit̄ · in pri
cipio Si quis diligit me ſermonē me
uz ſeruabit Circa primū notandum
ꝙ q̄tuoꝛ ſūt q̄ diſponūt ad ſpūs ſci
aduentū ⁊ miſſionē · Primū eſt deuo
ta orō cū libenter hō ad illud hoſpiti
um vadit ad qd̄ inuitat̄ · Noſtre aūt
orōnes ſunt q̄dam iuitationes · Nō
autē noſtra orō requirat̄ docet xp̄s
Jo · xiiij · Rogabo prēm meū ⁊ alium
paclituz dabit vob̄ Docz totꝰ apoſto
loꝝ cetus · de q̄bus dr · Orōmbꝰ apoſ
tolis ⁊ c̄ Docet ꝓpheta q̄ orādo dixit
Coꝛ mundū ⁊ c̄ Docet vniuerſalis ec
cleſia q̄ dicit Veni ſancte ſpūs Secū
duz eſt ꝓfunda humiliatio Libenter
hō ad illud hoſpiciū vadit vbi hono
rari ſe credit · Humilitas autē ſpūi
ſancto hōrez facit · iuxta illud · Eccl ·
iij Magna potētia dei ſolius ⁊ ab hu
milibꝰ hōratur Aq̄ autē ſpūs ſci non
fluit in mōtibus ſupboꝝ ſed i vallibꝰ
humiliū Ps̄ Qui emittit fōtes in cō
uallibꝰ · inter mediū montiū ptran
ſibūt aque Duo mōtes ſūt due ſpēs
ſupbie Vna q̄ naſcit̄ ex re tēporali ⁊
alia q̄ naſcit̄ ex re ſpūali · In medio
iſtoꝝ montiuz tranſit humilitas q̄ ſē
per tenet mediū · nō declinās ad ali
quam illaꝝ ſpēꝝ · Et in iſto medio
aque trāſeunt grāꝝ Tercium ē coꝛd
purificatio Libent̄ eni hō hoſpitatur
in hoſpicio mūdo · ſic ſpūs ſcūs habi
tat in coꝛde puro Ps̄ Domū tuaz do
mine decet ſanctitudo in longitudīe
dieꝝ Greḡ · Tergat ergo ſordes p̄ui
operis qui deo ꝑparat domū mētis
Eſt autē mundādus intellectus ab ō
ni p̄ua cogitatione Sic etiā affectus
ab omni iordinato amore Opꝰ exte
rius a negligētia ⁊ torpore Hoc ſigi
ficatuz eſt Neemie · xij · vbi dicitur ꝙ
mūdauerunt populū portas ⁊ muꝝ
Per populū intelligit̄ turba cogita
tionū Per portas ꝯſenſus volūtatis
Per murum bona ſcilicet opera que
animū muniunt ne ab ipſis ſuperet̄
hoſtibus Quartum eſt mētis trā
quilla vacatio · Libenter enim hō ad
illud hoſpicium diuertit in quo quie
tem inuenire ſe credit · Hinc ē ꝙ a
poſtoli receperunt ſpūm ſanctum ſe
dentes id eſt a curis ſecularibꝰ quieſ
centes Hinc eſt ꝙ filij iſrahel accepe
runt māna in ſolitudine · i · ſpiritus
ſancti dulcedinem in mētis quiete ·
Hinc eſt ꝙ helyas in ſolitudine ma
ne ⁊ veſpere pane ⁊ carnibꝰ paſceba
tur veniēs autē ad populuz vix buc
cellaz panis inuenit · qꝛ homo in men
tis quiete diuinas cōſolationes reci
pit · in turbatione autē famem inue
nit Secūdo ſūt quedam que diſpo
nunt ad ipſius ſpiritꝰ ſancti ꝯfirma
tionem · cum dicit̄ · Et manſionem a
pud eum faciemus Et iſta ſunt qua
tuoꝛ Primum eſt meditatio moꝛ
tis Sicut enim materialis ignis con
ſeruat̄ ſub cinere · ſic ſpūs ſcūs ſub
moꝛtis meditatione · Memoria ei
moꝛtis grāz ꝯſuat qꝛ fac̄ hūilē aīm ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Ecci. v. Quid ſupbis terra ⁊ cinis.
vitat caſuz Eiuſď vij In oībꝰ opibꝰ
tuis meōrare nouiſſima tua ⁊ ineter
nū peccabis Dat ꝑfectū Gre. valde
ſe ſolliatat ī bono ope. q̄ ſemp cogi
tat de extremo fine Secūdum ē mor
tificatio carnis Carnes eī conſeruan
tur ex ſalis appoſitione. Sic ſpūs ſan
ctus ex carnis mortificatōe Mat. ix
Omnis victima ſale ſalietur. Aque
ſtantes ſcđm Ambro. putreſcunt. ſ
per diuerſos lapides currētes in ſuo
vigore pſiſtunt Sic aīa ſtans in ocio
putreſcit cito ex peccato. ſed quādo
inter diuerſos lapides vigiliaꝝ ⁊ ie
iunioꝝ frangiť in grā conſeruatur.
Et ſm. Auguſti. in libro de ciuitate
dei Eſt q̄dam fons q̄ ī die frigeſcit ī
nocte caleſcit. qꝛ ignis ſpūs ſcī in p
ſperitate extinguiť ⁊ ī aſperitate pe
nitentie ɔſeruatur Tercium ē diuini
timoris p̄ſentia Sicut eī domꝰ ſtaē nō
poteſt ſi nō habꝫ ſtabile fundamētū
⁊ forte tectū. ſic nec anima ſi nō ha
bet timorem. ꝙ timor ſit fundamen
tum diciť Ecc. xxvij Si nō timore do
mini inſtanť tenueris te. cito ſbuer
tetur domꝰ tua Et ꝙ ſit tectum Eiu
ſdē. xxv. Timor domini ſup omīa ſe
ſuppoſuit Quartū ē cuſtodia exteri
oris hoīs. ſicut eī vas plenū bal
ſamo aptum relictū cito effundiť ſic
balſamū gracie dei in eua effuſuz eſt
⁊ in adā p omēs qnq̄ ſenſus ſcꝫ viſū
⁊ auditū. guſtū. odoratuz ⁊ tactum
Ecc. xx. Gratie fatuoꝝ effūdentur.
Tercio ſunt quedaz que faciunt ad
ſpūs ſcī miſſi ⁊ confirmati oſtenſioēz
Et illa ſunt q̄tuor Spūs enim ſanctꝰ
oſtenſus ē ī q̄druplici ſigō ſcꝫ nubis.
colūbe. flatus. ⁊ ignis. p que dať i
telligi ꝙ q̄tuor ſūt ſigna p que quis
poteſt agnoſcere ſe habere ſpiritū
ſcūm Primum ſignū eſt abundātia
lacrimaꝝ Et iō apparuit ī ſpē nubis
ſuper chriſtum transfiguratum. p̄s.
Flauit ſpūs eius ⁊ fluent aque. Ge
ne. i. Spiritus domini ferebatur ſu
p aquas ſcꝫ lacrimaꝝ Secundum eſt
dimiſſio iniuriarum. Et iō apparuit
in ſpē columbe que felle caret. ⁊ iō
Sap. vij. vocatur ſpūs ſanctus. ſua
uis. benignꝰ ⁊ humanꝰ. qꝛ facit ho
mines ſuaues ī corde. benignos ī ſer
mone. ⁊ humanos ī omī conuerſati
one Terciū eſt ɔtemptꝰ tēporalium
Et iō apparuit in ſpē flatus. qꝛ oīa
temporalia facit contemnere tanq̄
flatum vaporez ⁊ fumuz. Et ideo le
giť de ſampſone ꝙ cū ſpiritus domi
ni in eum irruit. leonem interfecit.
philiſteos ſupauit ⁊ vincula dirupit
Per leonē intelligiť ſuperbia. Per
philiſteos q̄ interp̄tantur cadentes
intelliguntur diuitie ſiue ipſa auari
cia. qꝛ ſicut dicitur. prouer. xi. Qui
confidit in diuicijs corruet. Sed per
vincula intelligitur ipa carnalis ɔcu
piſcentia. iuxta illud Ecc. vij. Vincu
la enīz ſunt manꝰ illiꝰ Quartuz eſt ꝺ
ſiderium ſupnoꝝ Et ideo apparuit in
ſpē ignis qui ſemp habet ſurſuz fer
ri. Ezec. viij. Eleuauit me ſpūs inť
terram ⁊ celum Vbicunq̄ ergo ē fu
mus aromaticus ſancti deſiderij. ſig
num eſt ꝙ ibi fit ignis ſpūs ſancti.
Gre. Qui mente integra dominum
deſiderat ꝑfecto iā hꝫ quē amat.

Sermo clxv. de ſcā trinitate f. i.

O Altitudo diuitiaꝝ ſapiētie ⁊
ſcie dei. Roma. xi. Feſtū ſcē
trinitatis quidam celebrant
in dnīca que ē octaua penthecoſtes
que eſt principium dominicaꝝ. ad
innuendum ꝙ deus eſt prima cauſa
omniū Sed alij celebrant illud feſtū
in vltima dnīca. adnuendum ꝙ deꝰ
eſt finis omniuz Alij nunq̄ celebrāt
contenti illa laude continua trinita
tis qua dicitur gloria patri ⁊ filio ⁊ c̄
vt oſtendatur ꝙ eſt gubernatrix ⁊
conſeruatrix omnium. Apoſtolus

igitur licet raptus fuerit vſqꝫ ad ter
cium celū · tñ nō eſt auſus miſteriuꝫ
trinitatis curioſe inueſtigare Sed in
verba admiraciōis ⁊ laudis ꝓrūpēs
dicit O altitudo diuitiarū In quibus
verbis tria ponit Primo ꝙ ipſa bea
ta trinitas nō eſt curioſe inueſtigan
da · cū dicit O altitudo diuitiarū ſapi
entie ⁊ ſciencie dei ⁊c̄ Curioſe eī hoc
inueſtigare vanū eſſet · ac periculo
ſū ⁊ cōfuſione dignuꝫ Vanū quidem eſ
ſet · qꝛ intentū ſuuꝫ cōſequi nō poſſet
Eccī · iij: Altiora te ne quēſieris · ⁊ forti
ora te ne ſcrutatus fueris · ⁊c̄ · Vnde
legitur ꝙ eo tēpore quo beatus auguſ
tinus libros de trinitate faciebat · quen
dam puerulū in litore maris inuenit
qui cum quodā cocliari argenteo aquā
maris in quādaꝫ ꝑuam foueā refun
debat dicens ſe velle totū mare in il
lam foueā refundere Cui auguſtinus
pouocatus ait Quomō hoc poſſet fie
ri cuꝫ mare ſit magnū ⁊ coclear mo
dicum ac fouea ꝑua Et ille Facilius
eſt mihi hoc agere quā tibi id quod co
gitas adimplere Cogitas eīm in libro
tuo miſteriū trinitatis comprehendere
cū liber tuus ſit ꝑua fouea ad recipiē
dum · ingeniū tuū modicum coclear
ad inquirendū: ⁊ trinitas ipſa immē
ſum pelagus ad exhauriendū Statim
qꝫ puer diſparuit Secūdo hoc eſſet
periculoſum qꝛ ex nimia immēſitate lu
minis poſſet incurrere cecitatē erro
ris · Prou · xxv · ſicut qui mel multum
comedit nō eſt ei bonū · ſic qui perſcru
tator ē maieſtatis opprimetur gloria ·
Auguſtinus in libro de trinitate · vbi que
ritur vnitas trinitatis · patris ⁊ filij
⁊ ſpūs ſcī nuſquā periculoſius alicubi er
ratur: nec laborioſius aliquid queritur ·
nec fructuoſius aliquid inuenitur · vn
de legitur in apocrifis eſdre ꝙ cū ipſe eſ
dras ꝓfunda dei inquirere vellet ad ſe
ipſuꝫ reductus eſt ne ſupra ſe nimis e
leuaretur āgelo ſibi dicēte Si vales ;

flammā ignis pondera · flatū venti mē
ſura · diei preterita reuoca · quaſi dicat
Si hec que infima ſunt nō vales cōpre
hendere · quomō hec que diuina ſūt va
lebis attingere Tercio hoc eſſet cōfu
ſione cōdignum Dixit eīm rabi moy
ſes ꝙ talmuliſte dixerūt ꝙ quicunqꝫ in
geniū ſuū ponit circa quatuor recipiet
confuſionem · Quādo ſcꝫ vult ſcire
quid eſt in ſūmo · quando vult ſcire quid
eſt in ymo · quid fuit primo ⁊ quid e
rit vltimo Summū ⁊ primum vocat
deū in quantum eſt principiuꝫ omnium
ymuꝫ ⁊ vltimū vocat ipſuꝫ in quantum
eſt finis omniū · Quantum eīm ad iſta
deus ē inueſtigabilis · yſa · vi · Dicitur
de ſeraphin ꝙ duabus alis velabant
faciē eius Et duabus velabant pedes
eius Velant igitur caput ⁊ pedes · qꝛ deus
prout ē principium ⁊ finis ē nobis in
ueſtigabilis Media autē nō ſunt ve
lata · qꝛ ea que ſūt a principio in finē ſiue que ſunt inter primum et vltimum
.i. diuini effectus nobis cognita ſūt ·
Secūdo ponit apl's ꝙ ipſa beata tri
nitas fideliter ē credēda cū dicit Quo
niā ex ipſo ⁊ per ipſuꝫ ⁊c̄ · Vbi ponit
trinitatē perſonarū · cū dicit Quoniā
ex ipſo ⁊c̄ · Et vnitatē eſſentie · cum
dicit Ipſi gloria in ſecula Iſta ei fides
noſtra adiuuari poteſt ſcripturarū
teſtimonijs · creaturarū veſtigijs · ⁊
oſtēſis miraculis Poteſt autē hoc oſ
tendi per auctoritatē diuinā angelicā
⁊ humanā De diuina dr̄ · Geñ · i · Fa
ciamus hominem ad ymaginem ⁊ ſi
militudinē nr̄ā · ꝙ ergo dr̄ · Faciamus
⁊ noſtram perſonarū pluralitatē reſ
picit · ꝙ vero in ſingulari numero di
cit ſimilitudinē ⁊ imaginem · ſubſtā
tie reſpicit vnitatē Hoc eciā oſtēdi
tur per auctoritatē angelicaꝫ · quia
angeli quotidie exclamāt ⁊ dicunt ·
Sanctus · ſanctus ſanctus dominus
deus exercituum ⁊c̄ · ꝙ ter dicunt ſā
ctus · pertinent ad trinitatē perſonarū · ꝙ
ſemel dicūt dñs deus ad vnitatē eſſētie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Hoc etiā oſtēditur p auctoritatē hu
manā ſcʒ ꝓpheticam Ps̄ Benedicat
nos deus deus noſter ⁊c. Apoſtolicā
.i. Jo. vi. Tres ſunt q̄ teſtimoīū dāt
in celo. pater. verbū. ⁊ ſpūs ſanctꝰ.
Et hi tres vnū ſunt Et per auctorita
tem euangelicam Mat. vlt. Bapti
ſātes eos ī noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūs
ſācti Secūdo adiuuat̄ ipſa fides nrā
qua credimꝰ deuʒ eſſe trinū ⁊ vnum
ex creaturaꝝ veſtigijs Et iſtud veſti
gium inuenit̄ in creaturis ſupiorībꝰ
ſicut in ſole in quo ſm beatū Aug.
tria cōſiderant̄. ſcʒ qđ eſt. qđ lucet.
⁊ qđ calet. i. ſubſtātia ſolis radius ⁊
calor Radius de ſole naſcitur. qꝛ fili
us de patre generat̄ Calor autē ab v
troqꝫ ꝓuenit. qꝛ ſpūs ſcūs ab vtroʒ
ꝓcedit Subſtātia vero ſolis a nulla
creatura cauſat̄. qꝛ pater a nullo de
riuat̄ In creaturis inferioribus ſicut
patet in aqua vna ē aqua ī fonte. in
riuo. ⁊ ſtagno. Sʒ riuꝰ ē a fonte. ſta
gnuʒ ab vtroqꝫ. fons a nullo In cre
aturis medijs ſicut ī hoīe ī quo eſt v
na aīa in tribus potētijs. de q̄bus di
cit Aug. nō ſufficit ſolus intellectus
niſi ſit volūtas in amore dei. nec duo
ſufficiūt niſi meōria addat̄. q̄ ſemp
in aīa intelligētis maneat deꝰ Terci
o adiuuat̄ oſtēſis miācul' quoꝝ vnū
ponit euſebius q circa natiuitatem
xp̄i tres ſoles ī oriēte apparuerunt q̄
paulatiʒ in vnū ſolē redacti ſūt. Ali
ud poīt eutropiꝰ. q duʒ q̄dam arria
nus quendā baptiſaret formaʒ trini
tatis puerteret mox aqua diſparuit
Tercium ponit fulgibertꝰ q epō nā
ſtenſi miſſaʒ celebrāti tres gutte cla
riſſime ſup altare celitus ſūt emiſſe.
que ſibi appinq̄ntes vnā gēmaʒ pul
cherrimaʒ effecerūt quā cū in quadā
cruce vbi erāt multe gēme poſuiſſet
ille tātā eꝰ excellentiā nō ferentes de
cruce protinus ceciderunt Tercio di
cit apoſtolus q ipſa beata trinitas ⁊
vnitas eſt a nobis glorificāda. cum
ait. ipſi gloria in ſecula ſeculoꝝ amē
Debemus ipſaʒ glorificare ꝓpter de
bituʒ quia ꝓpter ipſaʒ homo eſt forā
tus. yſa. xliij. Populuʒ iſtum forma
ui mihi laudē meaʒ narrabit Prop
ter meritum. i. Regum. ij. Quicunʒ
honorificauerit me glorificabo eum.
Propter exemplum. quia ipſā glori
ficat creatura inſenſibilis Pſalꝰ Ce
li enarrāt gloriam dei Irracionalis
creatura. yſaie. xliij. Glorificabit
me beſtia agri ⁊ draconis. Crea
tura intellectualis. Job. xxxviij. V
bi eras quando me glorificabant aſ
tra matutina Et ideo debet iſtā glo
rificare creatura rationalis vt veri
ficetur illud quod dicit Auguſtinus
Non ceſſat nec tacet laudes tuas v
uerſa creatura tua.

Sermo clxvi. De ſancta trini. ꝑ 29

Benedicat nos deus deus noſ
ter benedicat nos deus ⁊c.
Propheta ſpiritu ſancto in
ſpiratus miſterium trinitatis nobis
aperiens ita dicit. Primo quid de eo
ſit credendū Secundo quid ab eo ſit
petenduʒ Tercio qualiter ſit ei ſerui
endum De deo autem ē credendum
q ſit trinus. iō ponit̄ ibi ter deus. ⁊
q ſit vnus iō in ſingulari ponit̄ bn̄di
cat Et licet iſtud ſit ſupra nos tn̄ in
creaturis aliqualiter eluceſſit Et pri
mo in creaturis vniuerſalibꝰ in q̄bꝰ
inuenimꝰ magnitudinē p quā intel
ligitur patris potētia. ſpēm ⁊ pulchri
tudinē per quaʒ intelligit̄ filii ſapiē
tia De his duobus dicit̄ Sap. xiii. A
magitudie eniʒ ſpeciei ⁊ creature ꝯ
gnoſcibiliter poterit eoꝝ creator vi
deri. vtilitatē per quā intelligit̄ ſpi
ritus ſci bonitas ⁊ clemētia Gen̄. i.
Vidit eī deꝰ cūcta q̄ fecerat ⁊ erant
valde bona Scđo eluceſſit ī creaturis
ī particulari ſicut in igne ī quo q̄dem
ē ſpēs ignis ſplēdor ⁊ calor Splēdor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

ab igne naſcit̄ ·calor ab igne τ ſplen
dore generat̄ Vnde dicit Aug̃ Splē
dor ē de igne τ tamē coeua ſunt Da
ēm̄ mihi ignez ſine ſplendore τ credā
patrez eſſe ſine filio ·Secūdo in crea
tura ſpūali·ſicut in anima Vnde di
cit Aug̃·de trinitate· Mens τ noticia
eiꝰ τ amor eiꝰ tria q̄dam ſūt ·Mēs
ēm̄ nouit ſe τ amat ſe· τ cū ſe cogno
ſcit noticiā ſuaz gignit τ eſt parēs ſu
e noticie·tercius ē amor q̄ de ipſa ſcꝫ
mente τ noticia ꝓcedit·cū mens ſe ɔ
noſcens diligit ſe· Tercio in ſeculari
bus diſciplinis Vnde dicit fauſtus in
libro de fide catholica Tres tantū ꝑ
ſonas liberalia ſtudia ſenſerūt Nun
q̄d ēm̄ in arte grāmatica·niſi ꝑmā·ſe
cundā τ terciā ꝑſonaz inuenimus Eci
am iuenit̄ vna dictō q̄ eſt vnica ivo
ce· τ triplex in ſignificatione· vt hec
dictō amor q̄ poteſt eſſe alicuiꝰ nom̄
ꝓpriū· τ eſt nomē ɔmune τ v̄bū Nē
to in numeris Vnde dicit phs ꝑ hūc
numerꝝ ſcꝫ ternariuz adhibuimꝰ noſ
ipſos magnificare deū vnū eminētē
ꝓprietatibꝰ eorꝝ que ſunt creata Nō
autē intelligendū eſt ꝙ ipi poſuerūt
numerꝝ ternariū in ꝑſonis diuinis·
q̄ hoc nō cognouit Sed vult dicere
ꝙ antiqui vtebant̄ numero ternario
in ſacrificiis τ orōnibus ꝓpter q̄ddaz
numeri ꝑfectōnez Secūdo ꝓpheta po
nit q̄d ſit ab eo petēduz·q̄ benedic
tio·cū dicit Bñdicat nos ds τ c̄· In
uocatō nāq̄ trinitatis triplicē nobis be
nedictō ez acq̄rit Prima cōſiſtit in t̄
renorꝝ deſpectōne τ celeſtiū ɔtēplati
one pſa·xl· Quis appēdit tribꝰ digi
tis molez terre·quaſi dicat nullꝰ niſi
deus t̄nus i ſua potētia ſapientia τ mi
ſericordia quaſi tribꝰ digitis molem
terre.i.põderoſitatē corporis ·appen
dit ſurſū eleuãdo ad ɔtēnendū terrã
τ contēplandū celeſtia Sic igit̄ appē
ſus τ eleuatus erat beatus Auguſti
nus de quo dicit̄· ꝙ cū libros de trini

tate ſcriberet τ q̄dam vidua in t̄bu
latione poſita ad euz vadēs ipſum ſa
lutaſſꝫ· τ ipē nihil illi mulieri reſpō
deret·ipſa triſtis abceſſit Sequenti
vero die cum eꝰ miſſaz audiret facta
eſt in extaſi mentis τ rapta in celum
ibidem vidit Auguſtinū facie inclīā
ta de trinitate diſputantē Factaq̄ ē
vox ad eā dicēs Cū ad auguſtinū iui
ſti tunc de trinitatis gloria attentiſſi
me diſputabat Et ideo ꝙ ibi fueris
nō aduertit Secūdo cōſiſtit in tēpta
tionuz τ omniū demonū effugatioē·
Hoc ſignificatū ē·Exod·v·Deus he
breorꝝ vocauit nos vt eamꝰ viā triū
dieruz in ſolitudine .i. vt per fidem t̄
initatis ei in hac vita in qua ꝑegrini
ſumus ſeruiamꝰ ne forte accidat no
bis peſtis ·i·tēptatio q̄ eſt a carne·ā
gladius q̄ ē tēptatio ab hoſte Iſtud
eciā notat̄ in quodā fideli notario a
pud cōſtantinopolim de quo legit̄ ꝙ
cū magꝰ eum duxiſſet ad quendā lo
cū vbi cōgregata fuit multitudo de
monuz vnus ſedens in throno inter
rogauit Si ſeruus ſuus erat ·Et iſte
ſe ſignans dixit Ego ſum ſeruus ſan
cte trinitatis ·Et ſtatim omnes diſ
paruerunt· Tercia conſiſtit in ad
uerſitatū propulſione: Nam ſicut re
fert Iohannes damaſcenꝰ Cum apd̄
conſtantinopolim grauis peſtis eſſꝫ
de medio populi q̄dā puer in celum
raptus canticum ſancte trinitatis ·
ſcilicet·Sancte deus ·ſancte fortis ·
ſācte τ miſericors ſaluator miſere no
bis: ab angelis eſt edoctus·ꝙ cum
t̄diēs decātaſſꝫ mox ois t̄bulatio ceſ
ſauit Tercio propheta ponit qualit̄
ſancte trinitati eſt ſuiendum ·quia
cum Et timore·cum dicit · Et metu
ant eum omnes fines terre Circa
quod ſciendum ꝙ quedam ſunt ſub
terra. ſicut demones τ damnati in a
quis penarum poſiti ·Iob· viceſimo
vi· ecce gigātes gemunt ſub aquis

Iſti ſanctã trinitatez ⁊ ſi timore me
tuunt · tamẽ odiunt ⁊ blaſphemant
Ps̃ · Sup̃bia eoꝝ q̃ te oderũt aſcen
dit ſemp Alij ſũt ſup terraz ſicut ſũt
angeli ⁊ beati · ps̃ Credo videre bõã
domini i terra viuentiũ Et iſti ſcãm
t̃initatẽ amore ſancto metuũt ⁊ reue
rent̃ · ac laudãt cotidie dicentes yſa
ie · vi Sanctꝰ ſcũs ſcũs dominꝰ deus
exercituũ · vnde legit̃ ꝙ cũ quidã vir
ſcũs cũ alijs pſallentibꝰ eſſet i eccĩa
vidit beataz virginẽ illuc aduenien
tem ⁊ ad gl̃a patri ꝓfunde inclinan
tẽ q̃ cũ eam de hoc iterrogaſſz reſpõ
dit ꝙ quãdocunqz ille verſiculꝰ trini
tatis ab eccĩa dicitur · tota curia ce
leſtis ſcẽ trinitati inclinat ⁊ ipſaz re
ueretur Alij ſũt in medio terre ſicut
auari ⁊ terrenoꝝ cupiditatibus dedi
ti Et iſti nõ ſunt digni gloriã ſcẽ t̃ni
tatis narrare ne dicat̃ eis illud ps̃ ·
Peccatori autẽ dixit deus · q̃re tu e
narras iuſticias meas ⁊ c · vnde ſicut
refert · bonifa · in libro · ſuo q̃m ſcrip
ſit ad comitiſſaz matildam · Cum q̃dã
archieps̃ ſimoniacus p teſtes cõuin
ci nõ poſſz · ꝓceptuz ẽ ei vt verſum t̃
initatis diceret Et cũ ille ſanctam t̃ni
tatez ⁊ maxime ſpũm ſcũm nomina
re nõ poſſz ſic deprehenſus ⁊ ɔfuſus
ẽ Alij ſunt in finibus terre ſicut viri
pfecti in q̃bus terrena ſumunt̃ · Et i
ſti beatã t̃initatẽ metuãt timore fili
ali · Ecc · i · Plenitudo ſapiẽtie timor
domini Et iſti ſemp t̃initatem d̃bẽt
laudare ac dicere Gl̃a patri ⁊ filio ⁊
ſpũi ſancto Iſtuz eñ verſuz ſancte t̃ni
tatis nicena ſinodꝰ edidit Sed ihero
nimꝰ in fine pſalmoꝝ d̃d̃m ordiãuit

Sermo clxvij · eodẽ die ſer · ij ·

Tres ſunt q̃ teſtimoniuz dãt
in celo · ſcz pater · verbum ⁊
ſpiritus ſanctus · Et hi tres
vnum ſunt · i · Ioh · v · Sanctus iohan
nes euangeliſta recũbens ſupra pec
tus domini ⁊ fluenta ſapientie inde
hauriens miſterium ſcẽ t̃initatis ⁊ v
nitatis nobis ſub breuibꝰ verbis tra
didit dicẽs Tres ſũt · In q̃bꝰ verbis
tria oſtẽdit Primo ꝙ in diuinis eſt
t̃initas pſonaꝝ ⁊ vnitas eſſentie · cuz
d̃r Tres ſũt q̃ teſtimoniũ dant i cel̃ ·
⁊ c · Iſtam ãt t̃initatẽ ⁊ vnitatem per
ſonaꝝ oſtendit dioniſiꝰ in li · de diui
nis nominibꝰ p quatuor exempla o
ſtendẽs ꝙ filiꝰ ⁊ ſpũs ſanctus proce
dunt a prẽ ſicut duo riui ab vno fon
te · ſicut due pullulationes ab vna ra
dice · ſicut duo flores ab vna arbore
Et ſicut duo radij ab vno ſole Ait e
niz ſic · Pater eſt fontana deitas Fili
us autez ⁊ ſpũs ſcũs deitatis ſi ita oz
dicere pullulationes diuine nature ·
⁊ ſicut flores ⁊ superſubſtancialia lu
mina Quomodo autẽ ſint neqz dice
re neqz cogitare ẽ poſſibile · Proce
dunt igit̃ primo ſicut duo riui ab v
no fonte Pater eñ eſt inſtar fontis ·
Filius inſtar riui a fonte ꝓcedentis ·
Spiritꝰ ſanctꝰ iſtar ſtagni a fonte ⁊
riuo ꝓcedentis ⁊ emanantis · Secun
do procedunt ſicut due pullulatões
ab vna radice A radice quidem pro
cedit truncus · ⁊ a radice ⁊ trunco e
ducitur ramus · Sic a patre ꝓcedit
filiꝰ a patre ⁊ filio procedit ſpiritus
ſanctus · Tercio procedunt ſi
cut duo flores ab vna arbore · De ar
bore quidem ꝓcedit flos ⁊ ex arboꝛ̃e
⁊ flore naſcitur fructus · Sic a patre
ꝓcedit filius ⁊ ab vtroqz ſpũs ſcũs
Quarto ꝓcedunt ſicut duo radij
ab vno ſole · A ſole quidem ꝓcedit
ſplendor · A ſole ⁊ ſplendoꝛ̃e produ
citur calor · Auguſtinus · videmus ſo
lem per celum currentem · lucentem
calentem Iſta igitur tria conſiderã
tur in ſole ſcz curſus · ſplendor · ⁊ ca
lor · ſic in deitate inuenimus patrem
currentem id ẽ potenter omnia ope
rantem Iohan · v Pater meus vſqz
modo operatur · Filium ſplendentẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

.i. ſplendorē ſue ſapientie effunderet ꝫ
Johis .i. Erat lux vera ⁊c̄. Et ſpm̄
ſcm̄ calentem .i. corda inflāmantem.
Luce .xij. Ignē veni mittere in terrā
⁊c̄. Scdo oñdit Johēs. ꝙ in diuinis
ſunt quedā appropriata. cum dicit.
qui teſtimonium dant in celo Scdm
aūt gloſā. xp̄s habuit triplex teſtiō
niū. ꝙ ſit celeſtis. Primū eſt a prē.
cū dixit. Hic eſt filius meus dilect⁹.
Scdm aūt a ſeipſo qn̄ fuit trāſfigura
tus. Terciū a ſpū ſacto qn̄ in ſpecie
columbe ſup eum apparuit Et ꝗ̄uis
iſte opationes fuerūt cōmunes. tn̄
ſm btm̄ Auguſtinū illi⁹ vocis allatio
attribuit̄ patri. trāſfiguratio filio et
columbe formatio ſpiritui ſancto.
Ponūt aūt ſancti et alia appropata
diuinis pſonis. quoꝝ Auguſtin⁹. in
libro de Trinitate. tria ponit dicens
In patre vnitas In filio equalitas.
in ſpū ſancto vnitatis equalitatiſ qꝫ
cōnexio. In alio qꝫ loco appropriat
patri potenciā. filio ſapientiā. et ſpi
ritui ſancto bonitatē. Hilarius vero
in libro de trinitate alia tria ponit di
cens. Eternitas eſt in patre. ſpēs in
imagine. vſus in munere. Ex his er
go patz. ꝙ patri attribuit̄ potencia
vnitas et eṫnitas Filio ſapientia eq̄
litas ſpecies ſiue pulchritudo Spūi
ſancto bonitas nexus et vſus. Hoꝝ
autem rationē breuiter videamus.
Pater namqꝫ eſt fontale principiū.
et ideo ſibi attribuit̄ potentia que in
ſe includit rationē principij. Eſt etiā
principium nō de principio. ideo ſibi
attribuit̄ vnitas. que ſicut pn̄cipiū
ſine principio innumerus inuenitur
Et etiā principiū oīs proceſſionis. ſciz
gn̄ationis et ſpirationis. et ideo ſibi
attribuit̄ eṫnitas. que eſt principiū
oīs durationis ſcꝫ eui et tpis. Filius
aūt procedit a prē p modū intellect⁹
quo ſapiētia pficit̄ Et ideo ſibi attri
buit̄ ſapientia recipit etiā inquantū
filius a patre genitus eandeꝫ naturā
quā habet generans. ideo ſibi attri
buit̄ eq̄litas. Eſt etiā verbū patris
in quo tanq̄ in ſpeculo oīa reſplē
dent atqꝫ relucent. et ideo ſibi attri
buit̄ ſpecies ſiue pulchritudo. Spūs
ſāctus procedit a prē et filio. vt amor
cuius obiectum eſt bonū. et ideo ſibi
attribuit̄ bonitas. Eſt etiā amor pa
tris et filij quo vniunt̄. et eſt donū
qḋ nos vnit. et ideo ſibi attribuitur
nexus Pater in amore diuino fruit̄
ſeipō et diligit filiū amore fruitiōis
et ergo ſpūi ſancto appropat̄ vſus.
Vnde btūs Aug̃. vſum exponit frui
tionē ❡ Tercio ponit quedā ppria. cū
dicit. Pater. verbū. et ſpūſſanctus.
Q̄uis em̄ p hoc ab inuicē diſtinguāt̄
nō tn̄ diuidunt̄. Sed ſicut hn̄t vnam
eſſentiā. ita hn̄t vnā virtutē. vnā vo
luntatē et vnā opationē. ꝙ em̄ q̄tū
ad iſta q̄tuor nō diuidant̄ dr̄ Jo. v.
Non p̄t filius quicq̄ a ſe facere Ecce
qꝛ habet eandem cū patre virtutem
Sicut em̄ filius non eſt a ſeipſo ſed a
patre. ſic et a ſeipō nō habet v̓tuteꝫ
opandi ſed a prē Habet etiam a prē
eandē eſſentiā. Vnde ſubdit̄. Niſi qḋ
viderit patrē facientē. qꝛ em̄ illa ge
neratio qua fili⁹ a prē procedit: nō eſt
carnalis ſed ſpūalis. et ſenſus viſus
int̄ ceteros ſenſus eſt magis ſpūal̄.
ideo p ſenſum viſus exp̄mit̄. Videre
em̄ patrē facientē nichil aliud eſt ꝙ
ab ipſo accipere eſſentiā et opatiuaꝫ
virtutē. Habet etiā eandē opationē
Vnde ſubdit̄ Quecūqꝫ em̄ pater fe
cerit. Habet etiā eandē cū patre vo
luntatē. ideo ſubditur Hoc et filius
ſimilit̄ faciet .i. ſimili voluntate cum
patre.

❡ Sermo .clxviij. Eod die. ſmo .iiij.

Poteſtas dei ē. et tibi dn̄e mi
ſericordia. qꝛ tu reddes vni
cuiqꝫ iuxta opera ſua. Pſal.
Scdm ſcōs doctores patri attribuit̄

potentia · filio ſapientia · ſpūi ſancto
bonitas ſiue mīa: Duo prima ſcz potē
tia ⁊ miſericordia patent in auctorita
te pmiſſa Terciū autē ſcz ſapiētia no
tatur cū dr · qꝛ tu reddes vnicuiqꝫ ſe
cundū opera ſua Omne eīn iudiciuz
datuz eſt filio · ſicut dicit̄ Joh · v · Ju
dex autē i diget ſapiētia ad examinā
dum ⁊ diffiniendū · Et iō in hoc qd
dicit̄ Quia tu reddes vnicuiqꝫ ſcdm
opa ſua · filij ſapiētia ſbītelligit̄ Pri
mo igit̄ potētia attribuit̄ patri · quā
uis eīn fili⁹ ⁊ ſpūs ſcūs ſint omnipo
tētes · patri tamē omnipotētia attri
buit̄ ne in cordibus ſimpliciuz ex eo
qꝫ pater dr impotēs reputet̄ Quam
uis autē deus ſit omīpotens · ſunt ta
mē ſex q̄ ipſū ſuperant ⁊ vincūt Pri
mum eſt ſua pietas viſceroſa Jere ·
xxxi · Si filius honorabilis mihi effraim
ſi puer delicat⁹ · qꝛ ex quo locut⁹ ſuz
de eo adhuc ego recordabor eius Jo
circo cōturbata ſunt viſcera mea ſu
p eum miſerās miſerebor eius Oſee ·
xi · Cōuerſum ē cor meū in me · parit̄
cōturbata eſt penitudo mea nō faciā
furorem meuz Secūdū eſt orō noſtra
lacrimoſa Gene · xxxij · Si cōtra deū
fortis fuiſti: quāto magis cōtra hoi
nes pualebis Fuit autē ɔtra deuz for
tis per lacrimas q̄s effudit Sicut dr ·
Oſee · xij · Jnualuit ad angelū ⁊ ɔfor
tat⁹ eſt · fleuit ⁊ rogauit eū · hoc etiā
notat̄ · iiij · Reg · xx · de ezechia rege
cui⁹ lacrime deū vicerūt · Terciū eſt
caritas affectuoſa · Jpſa eīn deū d ce
lo ad terrā traxit Aug⁹ · O caritas
q̄ntas ⁊ q̄ magnas vires habes · deū
de celo ad terrā depoſuiſti · Jpſa eniz
eū in patibulo aſcēdere fecit ⁊ coegit
Luce · xij Baptiſma habeo baptiſari
⁊ quō coarctor donec pficiatur · Qr̄
tum ē cōſtantia v̓tuoſa Qui eīn ſibi
⁊ voluntati ſue vim faciunt deū vin
cunt Mat̄ · xi · Regnum celoruz vim
patitur ⁊ violenti rapiunt illud ·

Quītum ē humilitas gratioſa · qd ſig
nificatū eſt · iij · Reg · xxi · Vbi ſcz do
min⁹ dixit helye Nonne vides achab
humiliatū coram me · qꝛ igit̄ humilia
t⁹ ē mei cauſa nō inducā malū i die
bus e⁹ · hoc etiā manifeſte patet i m̄
multis Sextū eſt veritas v̓tuoſa · ij
Thi · ij · Negare ſeipm̄ nō poteſt · glo
ſa · qd faceret ſi dcā ſua nō impleret
Ex hoc eīn verbo impꝑeābat helimas
mag⁹ paulo · quē admodū refert ipē
dyonīſius in libro de diuinis noībus
Dicebat ei ſi omnipotēs eſt quō dici
tur aliquid nō poſſe a noſtro theolo
go Et reſpōdet ipſe dyonīſius Etenī
ſupſius negatio caſus ē a veritate ·
veritas autē eſt exiſtens · a veritate
autē caſus · ab exiſtente autē cadere
nō poteſt deus Secūdo ſapientia
attribuit̄ filio · ⁊ q̄uis pater ⁊ etiam
ſpūs ſanct⁹ eandē habeāt ſapientiaz
tam̄ ne ex eo qꝫ dr fili⁹ ab imperitis
min⁹ ſapiēs crederet̄ · iō ſibi attribu
itur ſapientia · q̄uis autē ſit ſūme ſa
piens · tamē ſcienter ſe a nobis deci
pe permittit Et hoc in vēditione · em
ptōe · ɔmutatiōe · ⁊ diuiſione Jn vē
ditione enim qꝛ vēdendo nobis reg
nuz celoꝝ · dimittit ſe decipi infra di
midium iuſti pcij · vēdit eīn ipſuz apo
ſtolis p rethib⁹ ⁊ pua nauicula Ma
the · iiij · zacheo p dimidia reꝝ ſuaꝝ
ſubſtātia · Lu · xix · vidue p duobus
minutis · Et quibuſdam p calice aq̄
frigide · vt habet̄ Mat̄ · x Quibuſdā
etiā p ſola bona volūtate Jheroni⁹ ·
Que offerunt̄ nō ſui pondē · ſ offerē
tiū volūtate penſat̄ · Aug⁹ Regnū ce
loꝝ tantū valet q̄ntum habes · nihil
vili⁹ cū emit̄ · nihil cari⁹ cum poſſide
t̄ · Secūdo dimittit ſe decipi in empti
one · qꝛ vilia nrā caro pcio emit Naz
corp⁹ nrm̄ emit pcio ſui ſāguīs · i · Co
rin · vi Empti eſtis pcio magno Aiaz
nrāz emit poſitōne aīe ſue · i · Jo · iij Jl
le p nobis animam ſuam poſuit ⁊ ē

Res noſtras emit ad centuplum. vt
habet̃ Math. xix. Penitentiã nr̃am
emit ꝑ regno celoꝝ Math. iiij. Pe
nitentiã agite appropĩq̃bit enim et
regnũ celoꝝ Tercio ꝑmittit ſe decipi
in cõmutatiõe. q2 auꝝ ſue gracie cõ
mutat in lutũ noſtre culpe. Quarto
ꝑmittit ſe decipi in diuiſione. homo
enĩ quãq3 corpus ſuũ cũ deo ⁊ diabolo
diuidit et dat diabolo iuuentutẽ et
dat deo ſenectutez Et tñ deus accipit
ab hoĩe quicq̃d hr̃e poteſt. Geñ. iiij.
Nonne ſi recte offeras et nõ recte di
uidas peccaſti. Tales enĩ recte offe
runt qñ deo ſenectutẽ ſuam tribuũt
Sed nõ recte diuidunt. q2 deo dant
etatẽ viliorem et dant diabolo meli
orem Tercio bonitas et miſericordia
attribuit̃ ſpũi ſancto Et q̃uis pater
et filius eandẽ habeãt miſericordiã.
tamen q2 ſpũs dicit quandaꝫ ſpũoſi
tatẽ ne hoc de ſpiritu ſãcto ab impe
ritis crederet̃ ei bonitas et miſericor
dia attribuit̃ ⁊ ipſa ei9 miſericordia
eſt tãta ꝙ vbiq3 inuenit̃. Nã in celo
eſt miſericordia ſaluans. ps̃. Dñe in
celo miſericordia tua. In mũdo mĩa
longanimiter exſpectans. Iſa. xxx.
Exſpectat vos dñs vt miſereat̃ vr̃i.
In purgatorio eſt miſericordia libe
ralis Eccl. li. Liberaſti me a p̃ſſura
flamme que circũdedit me. Et ibidẽ
Liberaſti me ſcd̃m mltitudinẽ miſe
ricordie noĩs tui. In inferno eſt miſe
ricordia mitigãs. q2 ibi peccatores
puniũtur citra condignũ. ps̃. Nunq̃
ineternũ obliuiſcetur miſereri deus
aut cõtinebit ĩ ira ſua miſericordias
ſuas Tãta aũt eſt eius miſericordia
et bonitas. ꝙ nõ videt̃ poſſe ea que
repugnant ſue bonitati vt ſaluandũ
damnare. Vnde dixit angelus q̃ pſo
nam dei gerebat loth viro iuſto. vt
habet̃. Geñ. xix. Non potero facere
quicq̃. donec egrediaris illuc. Non
videt̃ poſſe ea q̃ repugnant ſue miſe
ricordie. ſicut peccatorẽ penitentem
ad miſericordiã nõ reuocare ſeu reci
pere Vnde dicit Auguſti9. Tardius
ſiquidẽ videtur deo peccatori veniaꝫ
tradere q̃ ipſi peccatori accipere Sic
enĩ feſtinat abſoluere reum a reatu
cõſcientie ſue quaſi plus ipm̃ cruciet
compaſſio miſeri q̃ ipm̃ miſerũ com
paſſio ſui. Non eciã videtur ea poſſe
que repugnant ſue gracie ſicut grãz
ab inuito auferre Vnde dicit Anſel.
Cum deus velit. ꝙ aĩa habeat rec
titudinẽ volũtatis. ſi ab ipſa inuita
eam auferret. iam velleꝫ eã nolle q̃d
vult eam velle.

¶ Sermo. clxix. De ſãcto Barnaba
Sermo p̃mus.

Ioſeph qui cognominatus ẽ
Barnabas ab apoſtolis. q̃d
interpretatũ eſt filius conſo
lationis. leuites ciprius gñe cũ haberet
agꝝ vendidit illum et attulit p̃cium
et poſuit ante pedes apoſtoloꝝ Act.
iiij. Quilibet vere penitens et cõuer
ſus quãq3 debet habere. Debet nãq3
ꝓficere in graciam ſperare de venia
ſatiſfacere de offenſa. dolẽ de culpa.
et deſpicere terrena. Iſta btũs Bar
nabas a xp̃o cõuerſus ꝑfecte habuit
que in verbis p̃miſſis notant̃ Primo
namq3 ꝓficit in gracia. q̃d notat̃ cũ
dicit̃ Ioſeph. q̃d interpretat̃ augmẽ
tum Ipſe enĩ augmentũ faciebat. q2
de virtute in virtutẽ ſemp ibat. ps̃.
Ibunt de v̓tute in virtutẽ i. Pe. iij.
Creſcite in gracia et cognitione dñi
noſtri iheſu xp̃i et ſaluatoris. Debet
aũt quilibet iuſtus ꝓficere. quantũ
ad augmenta virtutũ et exſtirpatiõ
nem vicioꝝ. Vnde dicit̃ Geneſ. i.
Creſcite. i. de virtute in virtutẽ ꝓfi
cite. et multiplicamini. i. virtutes mlt
tas acquirite. et replete terrã. i. per
bona opa fructificate. et ſubiicite eã
. i. ſenſualitatem ratõi ſupponite. et
dñamini piſcibus maris. i. motibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

luxurie · de q̄ dicit̄ · Prouerbioꝝ · v · Fauus diſtillans labia meretricis nouiſſima autē illiꝰ amara quaſi ab ſinthiũ Et volatilibus celi. i. motibꝰ ſupbie ⁊ vniuerſis animātibus q̄ mouentur ſuper terrā. i. motibꝰ auaritie

Secũdo ſperauit de venia quod notat̄ cũ dicitur · barnabas . i. filius ꝯſolationis Magna enĩ eſt conſolatio peccatori quãdo ſperat de venia ſaluatoris Pſalmiſta · Memor eſto verbi tui ſeruo tuo in quo mihi ſpē dediſti Ex tali enĩ ſpe anima cõſolatur Vnde dicit Hoc me ꝯſolata ē in humilitate mea A morte culpe viuificatur homo · ideo dicit Eloquium tuũ viuificauit me Superbi autē ⁊ obſtinati peiores efficiuntur · ideo dr̄ Superbi inique agebant vſq₃quaq₃ Nam quo deũ miſericordiorem ſentiunt · tanto ſecuriꝰ in peccatis conſiſtunt ·

Tercio ſatiſfecit de offenſa: qd̄ notatur cũ dicit̄ · leuites · Nã ſi aliquãdo mãcipauit ſe mũdo · poſtea tamē totaliter dedicauit ſe deo Dicit̄ autē d̄ leuitis Deut̄ · penultimo · Ponēt thimiama ĩ feruore tuo ⁊ holocauſta ſuꝑ altare tuũ · benedic domine fortitudine eius ⁊ opa manuũ eius ſuſcipe Per que datur intelligi ꝙ ſanctꝰ barnabas inꝙtũ fuit leuites ſatiſfec̄ deo ꝑ deuotam ⁊ odoriferā orõnem · Ideo dicit̄ ponēt thimiama Per carnis mortificationē · ideo dicit̄ · Holocauſtũ ſuper altare tuũ Per fortem aduerſoꝝ ꝑpeſſionē · ideo dr̄ Bñdic domine fortitudini eius Per largã elemoſinaꝝ largitionē · iō dicit̄ · Et opa manuũ eius ſuſcipe Ipſe ei agꝝ vendidit ⁊ pciũ ad pedes apoſtoloꝝ poſuit

Quarto doluit de culpa · qd̄ notat̄ cũ dr̄ · Ciprius qd̄ interp̄tat̄ merens Iob · xxx · Merēs incedebã ſine furore cõſurgens ĩ turba clamabam Verꝰ enĩ penitēs debet habere dolorē magnũ · iō dicit̄ · Merēs dolorē cõtinuũ · ideo dicit̄ · incedebam · Nunꝙ enĩ iſte dolor debet finiri · ſed ſemper augeri Dolorē ſpontaneũ · ideo dicitur · ſine furore cõſurgens Augꝰ Hic ſemp dolebat ⁊ de dolore gaudebat Dolorē vniuerſalem · iō dicitur In turba clamabã Et talis dolor debet eſſe pfectus Debet nanq₃ clamare iſto dolore cordis non contra vnum peccatũ ſed cõtra turbã omnium peccatoꝝ

Quinto terrena contēpſit · quod notat̄ cũ dicit̄ Cum haberet agꝝ ⁊ c̄ · Juſtum contēptum · ⁊ nos habere debemꝰ Geñ · x · Egredere de terra tua ⁊ de cognatõe tua · ⁊ c̄ · Debent nãq₃ religioſi habere ⁊ ꝓponere cõtemptũ terrene ſubſtãtie Et ideo dicit̄ Egredere de terra tua: Debēt habere contēptũ cognatõis ⁊ patrie · ideo dicit̄ · ⁊ de cognatione tua Et debēt habere religioſi ꝯtemptũ domus paterne Et iō ſubdit̄ · ⁊ de domo pr̄is tui Et debēt habere ꝯtemptũ dilectõnis ꝓprie · idō ſubditur Et faciã te creſcere in gentē magnã · Priuatus nanq₃ amor nõ extēditur ad alios ſed claudit̄ intra ſeipſum Debet autē habere amorē ſpũalem ⁊ diuinum · ideo ſubdit̄ · ⁊ veni ſc₃ paſſibꝰ amoris in terrã ſc₃ viuentium · quã mõſtrauero tibi · hic ſc₃ ꝑ contēplationē · ſed tãdē tibi dabo eam ꝑ veram poſſeſſionem ·

Ser · clxx · Geruaſij ⁊ ꝓthaſij ·

Precõſa in cõſpcũ dñi mors ſcõꝝ eꝰ · ſicut dr̄ btũs augꝰ Statꝰ hoĩs tplicit̄ cõſiderat̄ ſc₃ ĩ vita in morte · ⁊ pꝰ mortē · Iſti ãt ſci hũerunt vitã ſcãm · mortē pcioſã · ⁊ poſt mortem tñſlatõnem glõſam : Eoꝝ autem ſãctitas notat̄ cũ dr̄ Scõrum Sancte nãq₃ ipſi vixerũt quo ad deũ per deuotam orationem · vnde dixit paulus de eis ꝙ nichil terrenum deſiderabant · Sancte etiam vixerunt quo ad ꝓximos · ⁊ quo ad ſupiores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Vnde dixit paul9 monita mea ſecuti ſunt Quo ad equales ſcʒ nazarium et celſum cũ quib9 vnanimit̃ habitauerunt. Quo ad inferiores qꝛ pauperes ſuſtẽtauerũt Quo ad pſecutoẽs qꝛ eoꝝ ſupplicia nõ timuerunt. Quo ad ſeipſos. qꝛ carnẽ ſuã p decẽ ãnos mortificauerunt et ſenſus ſuos ab exterioribus cohibuerũt. ideo eñ ſe recluſerunt ſeruantes illud pphete. Si mei. ſcʒ ſenſus. nõ fuerint dñati. Ex hoc eñ animus pſeruat̃ a maculis futuris. ideo dicit̃ Tunc immaculatus ero a p̃teritis. Ideo ſubdit Et emundabor a delicto maximo. Orões nãqȝ ſunt deo placite et meditationes ſũt deograte. Ideo ſubdit̃. Et erunt vt ꝯplaceant eloquia oris mei et meditatio cordis mei in cõſpectu tuo ſp.

Scd̃o habuerũt mortem precioſam. qd̃ patʒ. quia eoꝝ mors paſſioni xp̃i multum ſimilis fuiſſe videtur Paſſio namqȝ chriſti fuit acerba. fuit longa diuturna fuit multiplex. et diuerſa. fuit vilis et ignominioſa fuit ꝯſtãs et firma Sic et iſti ſancti habuerunt in ſua paſſione doloris acerbitatem Vnde dicit̃ de Geruaſio. ꝙ plũbatis ceſus fuit. qd̃ erat gen9 ſupplicij valde doloroſum. habuerũt pene diuturnitatem. Vnde dicit̃ de eodem. ꝙ tam diu plumbatis ceſus fuit quo adusqȝ ſpm̃ exalauit. Habuerunt penaꝝ diuerſitatẽ. Vnde dicit̃ de Prothaſio. ꝙ primo fuit in eculeo ſuſpenſus et poſtmodũ capite truncatus Habuerunt in ſua paſſione ignominiã et vilitatem. qꝛ Geruaſius ad inſtar malefactoꝝ fuit verberat9. Prothaſi9 vero ad inſtar latronum in patibulo ſuſpenſus Habuerũt cõſtantiam et firmitatẽ. Vnde cũ tyrãnus Prothaſiũ miſeꝝ vocaret. reſpondit. Quis eſt miſer ego qui te nõ timeo aut tu qui me timere pbaris

Tercio habuerunt tranſlationẽ glorioſam. Vnde dixit poſtq̃ Precioſa in ꝯſpectu dñi ꝛc̃. ſubiungit. O dñe qꝛ ego ſeruus tuus ſum ꝛc̃. Ac ſi dicat O dñe quia nos ſum9 ſerui tui et filij vital̃ martiris tui et valerie ancille tue nõ patiaris corpa noſtra tam vilit̃ ſub terra iacere. eoꝝ ergo trãſlatio fuit glorioſa. qꝛ eoꝝ corpora fuerũt miraculoſe reuelata. qꝛ ipſi duo bis et t̃cio cũ paulo ſancto ambroſio apparuerũt ſua corpa reuelantes. Fuerũt integ̃ et incorrupta. qꝛ licet p trecẽtos annos in terra iacuiſſent tã integra et recentia ſunt repta. ac ſi illa die fuiſſent tumulata. Fuerunt odore mirabili circũfuſa. qꝛ magnus inde odor oĩbus emanauit. Fuerũt miraculoꝝ gloria illuſtrata. qꝛ ibi deus ob eoꝝ honorẽ miracula multa oſtendit.

Sermo. clxxi. De ſancto Johanne baptiſta. ſermo p̃mus

Fuit homo miſſus a deo cui nomen erat iohẽs Hic venit in teſtimoniũ vt teſtimoniũ phibẽt de lũine Joh. i. Magnum eſt eſſe nunciũ dei. ſ; maius eſt hr̃e grãm dei. et maximum eſt eſſe teſtem dei. Iſtud triplex priuilegiũ btũs Johẽs habuit. vt ex p̃miſſis v̾bis apparet.

Primo namqȝ fuit nuntius dei Cũ dr̃ Fuit hõ miſſus a deo. Circa qd̃ nõnd̃ ꝙ fuit miſſus q̃tuor mod̃ Primo mõ fuit miſſus ſicut mittit̃ radius a ſole Sol eñ eſt ipẽ xp̃s Mal. iiij Vobis timentib9 nomen tuũ oriet̃ ſol iuſticie Et iſte ſol h; tot radios quot habet ſcõs Ecc. xliij. Tripliciter ſol exurens mõtes radios igneos exſufflat Montes nãqȝ ſunt angeli quos iſte ſol triplicit̃ exurit. qꝛ virtutẽ purgatiuam illuminatiuã et pfectiuam eis dedit Exſufflat radios igneos fulgidos .i. ſanctos ignitos caritate ꝛ fulgidos veritate Vnde vn9 etiã de maiorib9 radijs huius ſolis fuit ipſe Johãnes baptiſta. et ideo lucifero compatur.

Job.xxxviij. Nunquid pducēs lucife
rū in tpe ſuo Alij pphete fuerūt ſtel
le nunciātes chriſti aduentū. ſed ta
mē de longinquo Iſte fuit lucifer nū
cians chriſti aduētum de ppinquo.
Secūdo fuit miſſus a deo ſicut ſcintil
la ab igne Ignis em̄ eſt deus Heb.
xij. Deus noſter ignis ꝯſumens eſt.
qui tot ſcintillas habuit quot ſcōs
emiſit. de quibꝰ dicitᷣ Ezec.i Scintil
le quaſi aſpectus eris cādentis huiꝰ
autē eris maxima ſcintilla fuit iohā
nes baptiſta q̄ totꝰ igne zeli ⁊ carita
tis ardebat Ideo aſſimilatur gladio
acuto. yſa.xlix. Poſuit os meū domi
nus q̄ſi gladiuz acutū Gladiꝰ acutꝰ
⁊ ſecat inq̄ntū gladiꝰ ⁊ penetrat i q̄n
tum acutꝰ. ⁊ vulnerat in q̄ntuz vtrū
qꝫ Sic ſmo iohannis ⁊ ſecabat vicia
cū dicebat Lu.iij. Neminē ꝯcuciatis
neqꝫ calumniā alicui faciatis ⁊c. Et
penetrabat intima. cū dicebat ibidē
geni mina viperarū quis oſtēdet vob
fugere a ventura ira Et vulneābat
corda. cū dicebat ibidē. iam em̄ ſecu
ris ad radicē arboris poſita ē Tercio
fuit miſſus a deo ſicut odor a flore.
Flos ei eſt chriſtꝰ Can.ij. Ego flos
campi. q̄ tot odores emiſit quot ſāc
tos pduxit Et huiꝰ floris maximus
odor fuit Joh. q̄ tāto odore fragra
uit vt xp̄s de eo dicere poſſit illd̕ qd̕
legitᷣ Ge.xxvij. Ecce odor filij mei.
ſicut odor agri pleni cui benedixit
dominꝰ Eꝰ ei odor nō fuit orti ſed a
gri. q̄ nō fuit clauſus ſed aptꝰ. q̄
oēs vicini cognati. ⁊ q̄ in montanis
habitabāt iſto odore ſūt refecti. ho
die eciā nō ſolū xp̄iani ſed eciā ſara
ceni eꝰ odore reficiunᷣ Et fuit odor
agri pleni. q̄ in ip̄o fuit liliuz virgi
nee puritatis ⁊ viola celeſtis contē
plationis. ⁊ roſa rubētis paſſionis
Et dicitur ꝙ fuit a deo benedictꝰ Il
le ager ē benedictus q̄ multū fructū
affert. iuxta illud. Heb.vi. Terra
ei ſepe ſuper ſe venientē bibēs ymbrē
⁊c. accipit bn̄dictōnē a domino Sic
btūs iohes fructū centeſimū protu
lit: q̄ vgo pdicator ⁊ etiam martir
fuit Quarto fuit miſſꝰ a deo ſicut le
gatꝰ a principe Princeps ei eſt xp̄s
q̄ tot habet legatos quot ſcōs. Et
hꝰ ſiquidem pricipis legatꝰ magnꝰ
fuit iohānes q̄ fuit legatꝰ a latere.
q̄ a deo miſſꝰ fuit imediate Felix nā
qꝫ legatꝰ quē nō miſit cupiditas ſed
caritas. q̄ fuit miſſꝰ a deo qui cari
tas eſt. quē deꝰ nō miſit p ſua. ſ; p
alioꝝ vtilitate q̄ venit vt teſtimoi
um phiberet de lumine. p quē pro
curata eſt hōi pax atqꝫ trāquillitas
q̄ venit vt omnes crederēt p illum
q̄ nō pdicabat ſeipſum ſed deū. q̄ n̄
venit vt lux. ſed vt teſtimoniuz per
hiberet de lumie Secūdo btūs iohā
nes habuit gratiā dei. qd̕ notatᷣ cuz
dicitᷣ Cui nomē erat iohānes. qd̕ in
terpretatᷣ in quo ē grā Tria em̄ va
ſa deꝰ creauit q̄ mox grā ſua ipleuit
ſcꝫ xp̄m. ac mariā. ⁊ iohannē. xp̄s ē
ſol: maria luna. ⁊ iohānes ē lucifer
Poſt ſolē nanqꝫ luna ē clarior. quia
poſt xp̄m ip̄a vgo maria eſt glorioſi
or Et poſt ſolē ⁊ lunaz lucifer ē lucidi
or. q̄ poſt xp̄m ⁊ mariam Johes eſt
dignior Tercio iohānes fuit teſtis
dei qd̕ notatᷣ. cū dr̕. hic venit vt teſ
timoniū phiberet de lumie Sicut ei
dicit yſid. teſtis tpliciter ꝯſideratᷣ ſcꝫ
natura. vt ſit vir ꝯditione. vt ſit li
ber vita ſcꝫ vt ſit iuſtꝰ Sic nanqꝫ be
atꝰ iohānes fuit vir. i. virilis ⁊ fortis
q̄ nō fuit arūdo. vt habetur Mathe
x. fuit liber q̄ nō fuit mollibꝰ veſti
tus ⁊ indutꝰ. ſicut ſūt illi qui ſtant
⁊ ſeruiunt in curijs regum. quia re
gem libere arguebat: fuit iuſtus ⁊
ſanctus. quia non tantum fuit pro
pheta. ſed pluſq̄ propheta Iſte aūt
ppheta teſtimonium phibuit de xp̄o
ſcꝫ q̄ntum ad viſum de eꝰ maieſtate

Jo. i. Et ego vidi et teſtimoniū phi
bui. q2 hic eſt filius dei. Quantū vō
ad auditū de eius cū patre eq̄litate
qn̄ audiuit hic eſt filius meus dil̄cūs
τc̄. Quantū vero ad tactuz de eius
humilitate qn̄ ip̄m baptizauit Qn̄tū
ad olfactuz de eius odoris ſuauitate
qn̄ in carcē exn̄s odorē virtutū eius
p̄ſenſit Quantū ad guſtum de eius
infinita dulcedine. Eſca em̄ eius erat
mel ſilueſtre chriſt9 namq3 fuit mel
inquantū deus. et ſilueſter inq̄ntuz
in deſertū hui9 mundi venit Miſtice
igit̄ p̄miſſa intelligēdo et exponēdo
beatus Johēs mel ſilueſtre comede
bat. q2 chriſti incarnati dulcedinem
deguſtabat.

Sermo. clxxij. De eodē. ſmo. ij.

Erit em̄ magnus coram dn̄o
vinū et ſicerā non bibet τc̄
Luce. i. Angelus gabriel na
tiuitatē precurſoris annūtians qn̄q3
precōnia de ipſo dicit. Primo namq3
quantū ad ip̄m deū fuit valde graci
oſus τ cū dicit. Erit em̄ magnus corā
dn̄o. Noluit em̄ eſſe magnus coram
ſeipſo. ſed et ſe valde humiliauit. qn̄
vocē ſe eſſe dixit Nec voluit eē mag
nus coraz ipſo mundo. q2 oīa t̄rena
contempſit. nec voluit eſſe magnus
corā hoīe aliquo. q2 iudeis ipſum p̄
xp̄o ſuſcipe volentibus ſeip̄m nō eſſe
aſſeruit. Fuit autē magnus corā dn̄o
quantū ad quadruplicē dimenſionē
Fuit em̄ altus p̄ celeſtiū ɔtemplatio
nem. Vnde celos aptos vidit et vo
cem pr̄is audiuit. ſp̄m ſcm̄ in forma
columbe conſpexit. Fuit p̄fundus p̄
humilitatez ex qua xp̄m baptizare re
fugiebat. ſanctā et ineffabilē dei vir
tutē tangere non audebat et totus
tremebat. Fuit longus p̄ pacientiaz
et longanimitatem. q2 ſe nō ingeſſit
ſed longo tp̄e in deſerto ſuā diſpoſi
tionez exſpectauit. Fuit latus p̄ cari
tatē p̄ quā extendebat ſe ad dexterā
quo ad amicos ſcz diſcipulos quos
inſtruebat et ad ſiniſtraz .i. ad inimi
cos. ſicut ad herodē quē arguebat.
Scd̄o quantū ad corpus ſuū fuit val
de auſterus Attenditur namq3 eius
auſteritas quantū ad cibū et potū.
q2 locuſtas et mel ſilueſtre comede
bat vinū et ſicerā nō bibebat Qn̄tū
vero ad indumentū. q2 de pilis came
loꝝ erat indutus ac veſtitus. Scd̄m
aūt ip̄m Criſ. Veſtes q̄tuor de cauſ
p̄nt deferri Aut p̄pter oſtentationez
et turpis curioſitas eſt. aūt p̄pter mol
liciem et delectationez. et ſic carnal
voluptas eſt. aut p̄pter tegimentum
carnis et fugationez frigoris et huā
na neceſſitas eſt. aūt p̄pter mortificati
onē carnis et virtuoſū et meritoriū
eſt. Sed reuera btūs iohēs nō defere
bat veſtes p̄pter oſtentationez cum
in deſerto maneret. q2 ſcd̄m Greg.
Nemo precioſas veſtes q̄rit vbi a ne
mine videri ſe credit Nec eciā veſtes
deferebat p̄pter carnis molliciē. Vn̄
dixit dn̄s de eo Math. xi. Quid exiſ
tis in deſertū vidē hominē mollibus
veſtitū? Ecce qui mollibus veſtiunt
in domib9 regum ſunt Nec ſimplicit
p̄pter tegimentū. q2 tales veſtes nec
bene corpus tegebant nec eciā bene
frigus arcebant. ſed ferebat huiōdi
veſtes p̄pter carnis mortificationem
Habebat eciā miſeꝝ et deſertū habi
taculū. q2 non morabat in palatio ſ3
in deſerto et in loco ſolitario Et hoc
q̄tuor de cauſ. ſicut dicit Theophil9
ſcz vt ſanctā educationem habēt vt
peccatoēs liberius arguēt. homo em̄
nō ita libere arguit illos cū quibus
comedit ɔuerſat et viuit. vt malici
as hoīm euitaret. q2 ex cohabitatōe
maloꝝ interdū cōtrahit macula pec
catoꝝ Et vt de xp̄o teſtimonium fide
lius p̄ferret Si em̄ cum xp̄o moratus
fuiſſet tunc diceret q2 ex amicicia teſ
timoniū p̄hibēt. Tercio quantū ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

animã fuit valde virtuoſus · cũ dicit̃ Et ſpũ ſãcto replebit̃ ⁊c̃ · Spiritꝰ ſanctus nãqꝫ habet quoſdã effectꝰ generales ſcꝫ culpã remittere · aĩam gratificare · ⁊ ipſaꝫ v̉tutibus exornare Et iſtos habuit in iohãne. qꝛ ⁊ culpã originalem in iohãne penitꝰ purgauit quando ſcꝫ in vtero ſanctificauit · vnde de hoc ſcribit̃ Jere · i · Ante ꝙ̃ exires de vulua ſcĩficaui te. i. a peccato mũdaui te Et ipſũ gratificauit ⁊ dei amicũ fecit · vt de eo legit̃ Joh iij · Amicus autẽ ſponſi ⁊c̃ · Ipſũ etiã v̉tutibus exornauit · Vnde dixit maximus Johãnes v̉tutum ſcola ⁊ vite magiſteriũ ſãctitatis forma norma iuſticie ⁊c̃ Alij vero ſũt effectꝰ ſpeciales ſpũs ſancti Et illos effectꝰ non dat omnibꝰ hominibꝰ ſed ſolũ aliquibꝰ ſpecialibꝰ ſicut ipſis apoſtolis vt pote diuinas reuelationes immittere in plenitudĩe ſe diffundere · ⁊ in gratia ſtabilire Iſtos etiã effectus hũit beatꝰ iohãnes Habuit enĩ diuinas reuelationes · qꝛ pater ſe ſibi reuelauit p vocẽ · ⁊ filius dei p aſſumptaꝫ carnẽ · ſpũs ſanctꝰ p columbe ſpeciẽ Spũm ſanctũ in plenitudine accepit Luce. i. Spũ ſcõ replebitur ⁊c̃ · Fuit etiã beatꝰ iohannes in grã ſtabilitꝰ qꝛ nunꝙ̃ cecidit · ſed ſemp ſtetit · vnde de eo dicitur · Amicus autẽ ſponſi ſtat Alij nãqꝫ effectꝰ quos habꝫ ſanctꝰ ſpũs ſunt effectꝰ ſingulares · qui etiaꝫ ſimiliter in btõ iohãne fuerunt quos in vtero accepit ſcꝫ ſanctificatio · gaudioſa chriſti ſalutatio · ⁊ ſpũs ꝓphetie repletio ¶ Quarto ꝙ̃tum ad ꝓximum ſuũ fuit valde fructuoſus · quod notat̃ cũ dicit̃ · ⁊ multos filios iſrahel cõuertet ⁊c̃ · Cõuertit autem eos clamãdo ⁊ predicãdo · Mat · iij · Ego vox clamãtis in deſerto · ⁊c̃ · Dicit autẽ Criſo · ⁊ remigius ꝙ tribus de cauſis clamamꝰ · aut qñ loquimur longe poſitis · aut ſurdis . aut quãdo

loq̃mur irati Johannes autẽ clamabat pctõribꝰ qꝛ ſũt a deo elongati · Pš · Longe a pctõribus ſalus · q̃ ad dei mãdata dicenda ⁊ facienda ſunt ſurdi · yſa xliij Educ ãt foris ſurdũ ⁊ aures ei ſunt Et qꝛ erat iratus · ira ſcꝫ p zelum Pš Zelaui ſup iniquos ⁊c̃ ¶ Quinto ꝙ̃tum ad chriſti aduentum fuit valde deuotꝰ · qđ notat̃ cũ dicit̃ · Ipſe pcedet ante illũ in ſpũ ⁊ v̉tute helye ymmo ⁊ in maiori ſpũ ꝙ̃ helyas · In helia q̃dem fuit ſpũs ſimplex · in heliſeo duplex · in iohãne triplex Helyas quidẽ fuit plenus ꝓphetia in vita · heliſeus in vita ⁊ in morte Quia mortuus mortuũ ſuſcitauit · vnde dicit̃ de eo Eccĩ · xlviij · Mortuum ꝓphetauit corpꝰ eius · Johãnes ãt fuit plenꝰ ſcõ ſpũ · ⁊ ſpũ ꝓphetie · ⁊ ante vitã hominibꝰ cognitam · qꝛ chriſtum in vtero cognouit · ⁊ in vita qꝛ hominibus digito demõſtrauit Et poſt vitã · qꝛ ipſũ in limbo exiſtentibus nunciauit ·

¶ Clxxiij · de eodẽ · Ser · tercius ·

Erit enim magnꝰ coram domino Luce. i. Magitudo beati iohannis ꝙ̃tuꝫ ad ſex cõſideratur Fuit enĩ magnꝰ in vtero · egreſſus ex vtero · exiſtens in mũdo · egreſſus de mũdo · exiſtens in limbo · regnãs in celo ¶ Primo beatus iohãnes fuit magnꝰ in ſue matris vtero qꝛ fuit miraculoſe cõceptus · qꝛ a tota trinitate eius cõceptio fuit cauſata Nã pater dedit nouaꝫ potentiam generãdi · nã cũ parentes eius eſſẽt impotẽtes ad generãduꝫ ꝓlem oportuit ꝙ noua generãdi ⁊ cõcipiẽdi potentia preberet̃ Criſo · ſup illud Lu · i · Sic fecit mihi dñs ⁊c̃ · Vtpote ſterilitatẽ ſoluit ⁊ donũ ſup naturã cõceſſit · ex petra ĩfructuoſa ſpicas maturas ꝓduxit · dedecus abſtulit dum genitricẽ me fecit filius dedit nouã ſapientiã cognoſcẽdi · qꝛ puer exñs

Dicit tho in iiij ſen · diſti · q̃ ...
[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

in vtero ipſū cognouit Amb. vocē
ꝑus elizabeth audiuit. ſed iohēs ꝑ
oꝝ grām ſenſit. illa nature ordine au
diuit. iſte exultatione miſterij. illa
marie. iſti dn̄i ſenſit aduētuꝫ. Spūs
ſcūs dedit nouā grām ſcificādi. qꝛ in
vtero fuit ſcificat⁹ ⁊ ſpū ſcō reple
tus Amb. Sup illō. ſpū ſcō replebit̄
adhuc ex vtero ſue mr̄is Ali⁹ ē ſpūs
h⁹ vite. ali⁹ grē. ille naſcendo ſumit
exordium. moriēdo defectū: Iſte nō
etatib⁹ cohercet̄. nō obitu extinguit̄
nō aluo mr̄is excludit̄ ¶ Secūdus fuit
magn⁹ egreſſ⁹ de vtero. qꝛ fuit gau
dioſe nat⁹. nā gauiſus ē puer. vnde
dr̄ Exultauit i gaudio infās i vtero
meo. gauiſi ſūt pentes vn̄ dr̄. ⁊ tibi
gaudiuꝫ erit ⁊ exultatio. gauiſi ſunt
eciā vicini ⁊ cognati. vn̄ dr̄. ⁊ audie
rūt vicini ⁊ ꝯgnati e⁹ ⁊ c̄. gauiſi ſunt
oēs. vn̄ dixit angel⁹ Et in natiuita
te eius multi gaudebūt Magnū naꝫ
dr̄ gaudiū q̄tuoꝛ mōis Aliqñ itēſiue
⁊ hoc mō gauiſi ſūt pn̄tes: Aliqñ oſ
tēſiue. ⁊ hoc mō puer gauiſus ē qui
motu corpis gaudiū ſuuꝫ manifeſta
uit Aliqñ comunicatiue ⁊ hoc modo
gauiſi ſunt vicini. qꝛ pn̄tes beati io
hānis tm̄ gaudiū nō ferētes vicinis
⁊ cognatis illō comunicauerūt. Ali
qñ extenſiue. ⁊ hoc mō gauiſi ſūt ō
nes. qꝛ ad oēs illō gaudiū extēdeba
tur. vn̄ dr̄. ⁊ ſup oia mōtana diuul
gabant̄ oia verba hec. ¶ Tercio fuit
magn⁹ exn̄s in mūdo. qꝛ fuit oībus
v̉tutib⁹ exornat⁹. Siqdem ꝯtēplatio
nis ſblimitas ipſum ornauit a ſupio
ri. qꝛ celos aptos vidit. vocē pr̄is au
diuit. ſpūm ſcūm in ſpē columbe aſ
pexit. filiū in humana carne cogno
uit. ⁊ ſic tota t̄nitas ſe ſibi r̄uelauit
Humilitas ipſuꝫ ornauit ab inferiori
ꝑ quā ſe nō eſſe dignuꝫ ſoluere corri
giaꝫ calciamēti xp̄i aſſeruit. puritas
ipſuꝫ ornauit ab interiori ꝑ quā āge
lus meruit appellari. qꝛ ſm̄ ihero

nimū in carne nō ſecūdum carnē viue
re nō ē humanū ſed poti⁹ angelicum
Sanctitas ipſuꝫ ornauit ab exteriori
q̄a de pilis cameloꝝ circūdat⁹ erat ⁊
mel ſilueſtre ⁊ locuſtas comedebat ⁊
hominum cōſortiuꝫ fugiebat Pacia
ipſuꝫ ornauit a ſiniſtris. qꝛ ipſuꝫ pro
ſequebat̄. ⁊ herodes ipm̄ incarceran
do. ⁊ herodias ſibi inſidiādo. ⁊ puel
la caput eius petendo. ⁊ miniſtri he
rodis ipſū decollādo. ⁊ tamē ipē be
atus iohān es baptiſta i oībus paciē
tiam ꝯſeruauit Temperātia ipſuꝫ or
nauit a dextris. qꝛ in domo ſūmi ſa
cerdotis vnicus nat⁹ ab omnib⁹ ꝓſ
peritatibus mūdi abſtinuit a iudeis
chriſtus extimat⁹ precurſoreꝫ ſuum
ſe eſſe aperuit ¶ Quartus fuit magn⁹
egreſſus de mundo. qꝛ pro veritate
paſſus fuit ſcꝫ pro veritate doctrine
iuſticie. ⁊ vite. Pro veritate q̄dem
doctrine. qꝛ ſicut dicit ioſephus. ad
eius p̄dicationē multitudo ꝑp̄li con
ueniebat. ꝓpter qd̄ herodes timēs di
ſpendiuꝫ ꝑp̄li ipſum carceri mācipa
uit Paſſ⁹ eſt eciā ꝑ veritate iuſticie
quā defendebat Arguebat nanqꝫ he
rodeꝫ ex eo ꝙ vxoꝛem fr̄is ſui accepe
rat qd̄ erat cōtra legis preceptū vt
frē viuēte e⁹ vxor traduceret̄. ⁊ ſic
dum defēdit iuſticiā perdidit vitam.
Eſt eciā paſſ⁹ ꝑ veritate vite quā te
nebat Mos ei malignantiū ē ſcō hoi
nuꝫ puertere vitaꝫ. beat⁹ autē bap
tiſta nō comedebat panē: nec eciā bi
bebat vinū. ⁊ ꝓpterea ipſi dicebant
eum habere demonium. et ſic ſcāda
lum accipiebant vnde edificationeꝫ
habere debuerant. Sicut eī noctua
fugit lucem. et ſerpens vinee floren
tis odoꝛem. ſic mali bonoꝝ hominū
deteſtant̄ ſanctitateꝫ ¶ Quīto fuit mag
nus exn̄s in limbo. qꝛ illic p̄cioſus nū
ci⁹ fuit deſtinat⁹ Sci eī pr̄es deſolati
erāt. et ꝓpter tantam tēporis diuc̄
nitateꝫ. et ꝓpter demonū vicinitatē

p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

et ꝓpter diuine viſionis priuationē. et ꝓpter locū infimū et horribilem. ſed Johēs ad eos deſcendēs eos letificauit aſſerēs. ꝙ de loco illo diutno erant educēdi et de vicinitate demonū erant cito in angelorum ſocios aſſumendi. et de priuatione diuine viſionis cito erant diuina viſione fruēdi Et de loco infimo et deſpecto cito erant ad alta celorum ſubleuandi Vnde etiā legit̄ in euangelio Nicodemi. ꝙ ipſis denūciauit. ꝙ xp̄s natus fuit. ꝙ ipm baptiꝫauerat: q̄d digito oſtēderat. et ꝙ cito ad eos viſitandos deſcenſurus erat. Sexto eſt mō magn⁹ regnans in celo qꝛ hꝫ tricētena p̄mia Habet namqꝫ centeſimum fructum inquantū fuit virgo incorrupt⁹ aliū centeſimū inquantū p̄dicator gracioſus. aliū centeſimū inq̄ntuꝫ fuit martir inuictus. Vere autē btūs Johēs eſt magn⁹ in celo. qꝛ fulget inter cuneos patriarcharum. gaudꝫ intra choros ꝓphetarum. qꝛ fuit ꝓpheta. et pl⁹ q̄ ꝓpheta. Reſidet int̄ choros aplōrum qꝛ fuit aplūs .i. a deo miſſus Spaciat̄ inter roſas martirum. quia fuit martir dm̄ glorioſus Delectat̄ inter violas cōfeſſorum. qꝛ cōfeſſus eſt et nō negauit Redolet int̄ lilia virginū. qꝛ virginitatē ꝑpetuā cōſeruauit.

Sermo. clxxiij. Eodē die. ſmo iiij

Inter natos mulierum nō ſurrexit maior iohē baptiſta. Math. xi. Laudatio a ſeipſo eſt verecūda. qꝛ laus omis in ore ꝓprio ſordeſcit Ab hoīe malo ignominioſa qꝛ ſcdm Senecā. idem eſt laudari a turpibus et ob turpia Ab hoīne ſcō licet nō ſit certa eſt tamē fide digna Ab aduerſario vero eſt firma. quia validū eſt teſtimoniū ab aduerſario ꝓlatū Ab angelo eſt vera atqꝫ certa qꝛ angelus non p̄t mentiri A deo eſt vera et ꝓbata. ij. Corum. xij. Non em̄ qui ſeipm ꝯmendat ille ꝓbatus eſt ſed ille quē deus ꝯmendat Beatus igit̄ iohēs baptiſta noluit cōmēdare ſeipm̄. qꝛ hoc fuiſſet verecundū. Vnde cū interrogaret̄. ſi eſſet xp̄s. reſpōdit ſe nō eſſe xp̄m ſꝫ p̄curſorem ſuū. nec etiā voluit cōmendari a iudeis mal̄ qꝛ hoc fuiſſet ignominioſū. Vnde cū ipſi iudei eū tamq̄ꝫ in xp̄m vellent recipere noluit aſſentire. Eſt aūt ꝯmēdatus a bonis Math. xxi. Oīs ſicut ꝓphetā illū habebāt Ab aduerſario ſcꝫ ab herode q̄ eū metuebat et virum ſanctū bonū et iuſtū eſſe ſciebat. vt dicit̄ Marc. vi. Ab angelo qui ait. Erit magn⁹ coram dn̄o A deo q̄ dixit Inter natos mulierum nō ſurrexit maior iohāne baptiſta. Dicit̄ namqꝫ ꝙ nullus maior eo ſurrexit ꝓpter q̄ſdā ſpeciales p̄rogatiuas quas habuit.

Prima eſt qꝛ fuit in vtero ſanctificatus ex qua ſignificatione tria dona accepit. ſcꝫ peccatorum mūdationem. Jeremie. i. Anteq̄ꝫ exires de ventre matris ſanctificaui te .i. a peccato mundaui te. ſancti ſpūs repletionē Lu. i. Spū ſancto replebit̄ adhuc ex vtero matris ſue. diuinorum cognitioneꝫ. vt ibidem. Exultauit infans in gaudio in vtero meo Scda eſt. qꝛ fuit btē virginis marie ſpiritalis filius Cum em̄ triplex ſit cognatio. ſcꝫ natural̄ que eſt ꝑ carnis ꝓpagationeꝫ. ſpiritalis que eſt ꝑ baptiſmi regeneratōnem. et legalis que eſt ꝑ adoptionē beata virgo maria quantū ad iſtaꝫ triplicem cognationem tres habuit filios vnū naturalem ſcꝫ ihesum quē de ſuis viſceribus generauit. Alium legalem ſcꝫ Johannē euangeliſtam quē ex reſcripto et mandato principis in filiū adoptauit quādo christ⁹ ei dixit. Mulier ecce filius tuus. Terciū ſpūalem ſcꝫ Johannē baptiſtam quē ꝑ ſpiritū ſanctū in matris vtero baptiſauit Cum em̄ eliſabeth ſalutauit mox infans in vtero exul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

tauit ⁊ ſpūm ſanctū recepit ⁊ ab ori
ginali pctō mundatus fuit Et ſic v̓
tute verbi v̓ginei baptiſmuz recepit
ſpūs ſancti Tercia eſt · q̄ꝛ fuit ange
lus appellat⁹ Cum em̄ ſecūdum dio
niſium angel⁹ habeat triplicem vir
tutem ſcz purgatiuā · illuminatiuaz ·
⁊ pfectiuaz · habuit v̓tutez purgati
uam · q̄ꝛ ſicut dicit̄ Jo · v · Ipſe erat
lucerna ardens Habuit v̓tutem illu
minatiuā · q̄ꝛ erat lucerna lucēs · ha
buit pfectiuaz v̓tutem · q̄ꝛ ſicut dicit̄
Luc · i · ipſe venit domino parare ple
bem pfectam Quarta eſt q̄ꝛ fuit ꝓ
pheta ⁊ pluſq̄ꝫ ꝓpheta Prophete nā
q̄ꝫ quādoq̄ꝫ accepērūt ſpūm ſanctū
ad cognoſcendū p̄terita · Aliquādo
ad ſcienduz futura · aliquādo ad itel
ligendū occulta preſentia Johānes
vero habuit ſpūm ꝓphetie de futuro
quādo dixit Jo · i · Ipſe eſt q̄ poſt me
ventur⁹ eſt · habuit de p̄terito · cū ſub
ditur Qui ante me fact⁹ eſt De pre
ſenti occulto · cū ſubiungit̄ · Nō ſum
dign⁹ corrigiā calciamēti eius ſolue
re Quinta p̄rogatiua eſt q̄ꝛ fuit xp̄i
baptiſta elect⁹ · vbi totā meruit ag
noſcere trinitatē Vnde aug⁹ i libro
de fide ad petrū Quāuis pris ⁊ filij ·
⁊ ſpūs ſancti vna ſit natura · firmiſ
ſime tamē tene tres eſſe pſonas di
uinas ſcz patrē q̄ dixit · hic ē fili⁹ me
us dilect⁹ · ⁊ filiū ſolū eſſe · ſup quez
vox illa pris inſonuit ⁊ ſpūm ſanctū
eſſe · q̄ in ſpecie colūbe ſup chriſtuz
baptizatum deſcēdit Sexta eſt q̄ꝛ fu
it precurſor xp̄i deuotus · Quare au
tē chriſt⁹ voluit vt iohānes añ eū p̄
cederet ⁊ preiret · ſuper hoc Criſoſto
mus ponit tres cauſas Prima eſt ꝓp
ter xp̄i dignitatē vt diſcas inquit q̄ꝛ
ſicut pater ita ⁊ ipſe ꝓphetas habet ·
Secūda eſt ꝓpter iudeoꝝ inexcuſabi
litatem · vnde ait · deinde vt iudeis nl̄
lā cauſaz derelinquat · quod ⁊ ipſe do
minus oſtēdit dicens · Venit iohañ
nes nō mādućans neq̄ꝫ bibens ⁊ c̄ ·
Venit fili⁹ hominis māducans ⁊ bi
bens ⁊ c̄ Tercia ꝓpter maiorez firmi
tatem Neceſſe erat inquit ab alio p̄
us dici q̄ de ipſo erant Nā alias iudei
dixiſſent Tu de teipſo teſtimoniū p
hibes ⁊ c̄ Septima p̄rogatiua eſt q̄ꝛ
fuit tribus meritis quibus aureola
a cōfertur in ſignitus · Quia ſcz fuit
p̄dicator · martir · ⁊ virgo · Et iō ha
buit coronā ſtellatam q̄ d̄bet̄ predi
catoribus · De hoc danielis · xij · Qui
ad iuſticiam erudiunt multos quaſi
ſtelle in perpetuas eternitates · Ha
buit etiam coronam gemmatam q̄
debetur martiribus Pſalmiſta · Po
ſuiſti in capite eius coronam de lapi
de precioſo · Et coronam aureaz que
debetur virginibus Eccleſiaſtici · xlv
Corona aurea ſuper mitram eius Si
cut enim auꝝ eſt fulgidum ⁊ icorrup
tum ac precioſum · ſic ⁊ virginitas ·
Sapientie · iiij O q̄ꝫ pulchra eſt caſta
generatio cum claritate · Ecce q̄ꝫ ful
gida · Immortalis ei eſt memoria il
lius Ecce q̄ꝫ incorrupta · quoniā apd̄
deum nota ē ⁊ apd̄ homines · ecce q̄ꝫ
precioſa Octaua prerogatiua eſt ·
quia dies natiuitatis eius habetur
feſtiu⁹ Trium enim natiuitates ſolē
niter celebramus ſcilicet chriſti · ⁊
virginis glorioſe marie · ⁊ iohannis
baptiſte · Tum quia omnes tres fue
runt in vtero ſanctificati Tum quia
omnes fuerunt miraculoſe nati · Naz
chriſtus eſt de virgine natus Et vir
go maria fuit de ſterili matre geni
ta ⁊ procreata · Johannes vero fuit
de ſene vtroq̄ꝫ parente generatus ·
Tum quia ortus iſtorum triuz gau
dio magno fuerunt dedicati De gau
dio nanq̄ꝫ natiuitatis chriſti dicitur
Luce ſecundo · Annuncio vobis gau
dium magnum quod erit omni po
pulo · De gaudio vero natiuitatis
beate ⁊ gl̓oſe marie virginis dicit̄ ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Heſter viij. Judeis noua lux oriri vi
ſa eſt gaudiū honor et tripudiū Sed
de gaudio natiuitatis bti Johis dicit
Luce. i. et multi in natiuitate eius
gaudebunt ⁊c.

¶ Sermo clxxv. De eodē. ſermo vi.

Paraui lucernā xpō meo. Jni
micos eius induam confuſione
⁊c. pſ. Nullus conuenientius
lucerna dici pt q̄m btūs Johēs bap.
de quo dicit Joh. v. Ipſe erat lucña
ardens et lucēs. Volens enī deus p̄
mittere in hunc mūdum verū ſolem
pmiſit luciferū et lucernā ardentem.
ideo dixit Paraui lucernā xpō meo.
In his aūt verbis q̄tuor ſunt videnda
¶ Primo. quare Johēs dicit lucerna qd
quidē fit triplici cauſa. Prima pp̄ter
lucis mutuationē. lucña enī nō lucet
a ſeipſa ſꝫ aliunde lucē ſuā accipit et
mutuat. ſic et iohēs non lucebat a ſe
ipſo ſed a xpō. Unde dicit Johis. i.
Non erat ille lux Et tn̄ dicit Jſa. xiij
Dedi te in lucem in gentibus Johēs
quidē erat lux et nō erat lux Eſt enī
quoddā qd tm̄ lucem influit ſed nō
recipit. ſicut corpus luminoſū Quoddā
qd recipit lumen et non influit ſicut
corpus opacū. Quoddā vero qd lucem
recipit et influit. ſicut corpus diapha
nū. Lux igitur que tm̄ lucem influit
ſed nō recipit eſt xp̄s. Corpus vero
qd tantū recipit ſed nō influit erant
iudei et ſunt ceteri auditores. Lux
vero que recipit et influit erat btūs
Johēs qui lucem a xpō recipiebat et
paulo infundebat. Unde Aug. ſup
illo Erat lux vera. quare additū eſt
vera. qr et homo illuīatus nō dicit
lux vera. ſed vera lux eſt illa que illu
minat Et tn̄ niſi p nocte lucña accen
dat et p diem ſol exeat lumina illa
ſine cauſa parent. Scdo dr Lucerna
pp̄ter lucis obumbrationē. Sicut enī
aduenientē ſole lumē lucerne minuit
et obumbrat. ſic aduemente xpō fa
ma Johis baptiſte fuit obūbrata et
quodāmodo diminuta. Vn̄ dicebat
Joh. iij. Illū oportet creſcē me autē
minui. Et iſtud ſcdm Auguſtinū oñ
dit in eorū ortu et obitu. Nam xp̄us
natus fuit qn̄ dies incipiunt creſcere
Johēs qn̄ dies incipiunt minui et de
creſcere Xp̄s in morte fuit exaltatus
Et iohēs fuit capite minoratus Ter
cio dicit lucerna pp̄ter conſumptionem
Sicut enī lucerna ſe cōſumit in ſerui
tiū aliorū. ſic btūs Johēs baptiſta in
noſtrā vtilitatē et exemplū cōſūpſit
ſubſtantiā ſuā omnia tpalia reſpuē
do. et corpus ſuū ipm duriſſime con
terēdo vitam ſuam. p iuſtitia eam
exponendo et moriēdo. ac verba ſua
corā iudeis et int eos cotidie p̄dican
do. et famā ſuam ipſā annichilando
qr cū xp̄s crederet iſtam famā extin
xit et ānichilauit ¶ Scdo eſt videndū
quō hec lucerna fuit pata. pro eo qd
dicit Paraui lucernā Tunc aūt lucer
na eſt bene pata qn̄ ſcꝫ eſt lucens et
clara. Iſta aūt lucerna bene parata
fuit qn̄ multis radijs emicuit Primus
radius eſt puritatis et mundicie ob
quā angelus dicit. et niui compatur
Unde dicit. Neſciēs labem niuei pu
doris. Criſoſ. Conuerſatio iohānis
oīm vitā culpabilē faciebat apparē.
quēadmodū ſi videas veſtem albam
dicas q ſatis candida eſt illa Si aūt
appoſueris eam iuxta niuem: incipit
tibi ſordida apparere. etiā ſi ſordida
nō ſit Sic reuera quantū ad compa
tōnem beati iohis omnis hō videbat
eſſe immūdus. Scds radius eſt vite
religioſe aſſumende. p hoc q mundū
fugiens in deſerto habitauit Nam p
certo immūdo omnes ſenſus hoīs
polluūtur. ſcꝫ viſus in videndo vani
tates Auditus verba vana audiēdo
Olfactus ꝛ odores varios odorando
Os vana ſepe loquendo et manus ſe
ad illicita extendendo Beatus ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Johannes baptiſta in loco d̾ſerto vo
luit habitare vt mundos ſeruaret
oculos q̃bus ſpũm ſcũm in ſpẽ colũ
be eãt ꝯſpecturꝰ · ⁊ mũdas ſeruaẽt
aures q̃bus vocẽ pris erat auditurꝰ
Et mũdum os ſeruaret · p qd̾ chriſti
teſtimoniuꝫ erat ꝑlaturꝰ · mũduq̥ꝫ
ſeruaret olfactũ per quẽ xp̃i odoreꝫ
erat perſenſurꝰ Et mũdas manꝰ ob
ſeruaret q̃bus xp̃m iheſum erat bap
tiꝫaturus ⁊ digito oſtenſurꝰ · Terci
us eſt radiꝰ humilitatis ꝓfũde · qꝛ cũ
crederetur eſſe chriſtꝰ ꝯfeſſus eſt ſe
eſſe ſuũ preconem Unde de hoc Joh.
.i. Ego vox clamantis in deſerto · ſuũ
ſcutiferꝝ Mathe · x · Cuiꝰ non ſum dig
nus ꝓcumbens ſoluere corrigiaꝫ calci
amenti · ſuum p̃curſorẽ deuotuꝫ Joh
iij · Nõ ſum ego chriſtꝰ ſed miſſꝰ ãte
eum Quare autẽ iudei magis crede
bant iohãnẽ eſſe chriſtũ q̃ꝫ ipſuꝫ do
minuꝫ ponit Criſ · tres cauſas ſcꝫ ꝓp
ter genus illuſtre · ꝓpter durã educa
tioneꝫ · ꝯ humanaꝝ veſtiũ deſpectio
nem In chriſto autẽ cõtrarium vid̾
batur · ſcꝫ genꝰ humile · dieta cõmu
nis · ⁊ veſtimenta ꝯmunia Quartꝰ
radius ẽ diſcretionis mature qꝛ pau
latim iudeos ad chriſti cognitionem
ducebat Fecit ei · ſicut dicit · Criſ · ſi
cut faciunt multe aues pullis ſuis qꝛ
nõ ſtatim docẽt eos volare · ſed prio
pullos extra nidũ educunt · ⁊ poſtea
paulatim volatõneꝫ apponunt · ⁊ ſic
tandẽ eos relinquũt · Tunc ſecundũ
Criſoſtomũ · beatꝰ iohãnes iudeos
a nido volare docebat quãdo xp̃m
maioreꝫ ſe eſſe dicebat dicẽs Mat ·
iij Qui poſt me venturꝰ eſt fortior me
eſt Maioreꝫ autẽ volatuꝫ docuit qñ
nõ tantũ ſuper ſe · ſed ſup oẽs alios
eſſe mõſtrauit dicẽs Joh · iij · Qui de
celo venit ſup omnes eſt · Et adhuc
maioreꝫ docuit quãdo ipſum eſſe ve
rum dei filiuꝫ oſtẽdere cepit dicens ·
Johannis .i. Ego vidi ⁊ teſtimoniuꝫ
perhibui · quia hic eſt filius dei ·
Tercio principaliter videndũ eſt cui
iſta lucerna fuit prepata · quod oſtẽ
ditur cũ dicitur · chriſto meo · Fuit
igitur parata chriſto vt ipſuꝫ mani
feſtaret · Solet eñ hõ qñ aliquaꝫ rẽ
precioſaꝫ licet minimam vult inueni
re accendere lucernã ⁊ ipſaꝫ inuenire
Chriſtus autẽ erat factꝰ minimꝰ vt
in pſalmo · Minuiſti euꝫ paulominꝰ
ab angelis · ideo lucerna venit ⁊ ipſũ
humano generi demõſtrauit Jſta ãt
lucerna ⁊ luxit ſub modio q̃ndo chri
ſtum in vtero recognouit · ⁊ in cãd̾
labro luxit quando ipſum digito de
monſtrauit Et luxit in limbo quãdo
chriſtum his qui erant in tenebris ã
nunciauit · Secundo fuit parata
vt ad verum ſolem nos manuducẽt
Homo quidem erat in oculo ſauciꝰ
⁊ nõ poterat veruꝫ ſolem cõſpicere ·
ideo deus miſit iohannem tanq̃ꝫ pa
rietem illuminatum Auguſtinus ·
Quomodo plerunq̥ꝫ fit vt qui ſauci
atos habent oculos non poſſunt vi
dere ſolem ſed parietem illuminatũ
Jdeo deus irradiauit Johannem Et
per illum illuminatum cognitus eſt
ille qui illuminat · Erat etiaꝫ lippus
nec poterat in ſolem reſpicere · Jde
o miſſa ē lucerna · vt per ipſam poſſit
videre · Auguſtinus · Fulgorem ſolꝭ
lippitudo noſtra ferre non poterat ·
Jdeo queſitus eſt iohannes lucerna
vt teſtimonium perhiberet veritati
Erat nanq̥ꝫ in viſu debilis : Jdeo mi
ſſus eſt iohannes baptiſta tanq̃ꝫ mõs
vt quia nõ ſufficiebat reſpicere ad
ſolem reſpicere poſſit ad irradiatuꝫ
montem Gregorius · Qui orientem
ſolem contemplari non valet irradi
tos montes aſpiciat · Et quia ortus
ſit ſol deprehendit · Tercio ipſa
lucerna fuit parata chriſto vt ante
ipſum preiret · Solent eniꝫ añ regẽ
deferri luminaria mlta ⁊ honeſte ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

ſic ante xp̄m Johēs tanq̄ lucifer veit Hinc eſt. ꝙ in diebus ꝓfeſtis vnus cereus ante euangelium defert̄. et in dieb⁹ feſtiuis duo. q2 p̄mū aduentū qui totus dꝫ eſſe penitentie preceſſit vnū luminare. ſcꝫ btūs Johannes. Scd̄m vero aduentum qui eſt feſtiui tatis eterne p̄cedent duo ſcꝫ Helyas et Enoch. Quarto principalit̄ viden dum eſt ꝓpter quid iſta lucerna fuit ꝑpata. qđ notat̄ cū dicit̄. Inimicos eius induam cōfuſione Confudit em̄ iudeos quadruplicit̄. Primo ex ſuo baptiſmo. Mathei. xxi. Baptiſmus iohis ex deo erat an ex hominibus? Quicq̄d autē reſpondiſſent confuſi fuiſſent. Scđo teſtimonio ſuo. dixit namq3 ſe nō eſſe xp̄m De xp̄o autem dixit ꝙ erat Multo autꝫ magis cre dit̄ alicui ferēti teſtimoniū de alio q̄ꝫ de ſeipſo. Tercio ex abſtinentia ſua. Math. xi. Venit iohēs nō mādUcās neq3 bibens. ac ſi dicat ſm Criſoſt. Per viam cōtrariā venim⁹. ego et iohēs et idem fecim⁹. ſicut ſi venato res ꝑ duas vias cōtrarias aliqđ aīal inſequantur vt in alteram incidat. Quarto ex ſua vita. Si em̄ homo in vtero ſanctificat⁹ ſine peccato nat⁹ gracia dei plenus tam aſperā vitaꝫ duxit. quantā cōfuſioneꝫ habere de bem⁹ qui ſumus gracia dei vacui. et in peccatis inueterati. et tamen mō dicā penitēciam nolumus ſuſtinere.

Sermo. clxxvi. De ſcis Johanne et Paulo mr̄ibus. ſmo p̄m⁹

Multe tribulatiōes iuſtoꝝ et de oib⁹ his liberauit eos ⁊c̄ De iſtis ſanctis martirib⁹ io hanne et paulo dicit̄ in p̄miſſis v̄bis ꝙ erant iuſti et tribulati et liberati Juſti q2 ius ſuū vnicuiq3 reddiderūt ſcꝫ ſibi dō et ꝓximo. Sibi q2 habuerūt magnā puritateꝫ et eciā magnā fide litatem. Puritas aūt eoꝝ notat̄ in hoc qđ dicuntur fuiſſe eunuchi Licet em̄ ſit quedā caſtitas nature et q̄dā violentie et quedaꝫ virtutis et grē. iſti tn̄ ex diuina grā ꝓpter regnū ce loꝝ ſe caſtrauerūt Iſta triplex caſti tas tangit̄ Math. xix. vbi tria eunu choꝝ gn̄a diſtinguūtur. Habuerunt eciā fidelitatē. q2 et thezauros ſibi a cōſtantia derelictos paupibus fidelit̄ erogauerūt et diſpenſarūt. q2 nichil ſibi retinuerunt Math. xxiiij. Quis putas eſt fidelis ſeruus et prudēs ⁊c̄ et humilit̄. q2 nō tanq̄ dn̄i ſed tanq̄ ſerui Et prudent̄. q2 nō diuitibus ſed egenis. nō vni ſed multis. non poſt mortē ſ3 in vita diſtribuerūt. Scđo fuerunt iuſti quantū ad deuꝫ. q2 ſibi exhibuerūt reuerentiā ſanctā et fidē ſincerā. Reuerētiā quidē. q2 iulianū apoſtatā qui deum cōtempſerat: cō tempſerūt dicētes. q2 religionē ple nam virtutibus dereliq̄ſti. a te receſ ſimus. et deū tibi ꝓponētes: minas tuas nō timemus. Habuerūt eciam fidem ſincerā. Vn̄ Terēciano emiſſo vt ſtatunculū adorarent: dixerunt. Si tuus dn̄s eſt iulian⁹ habeto pacē cū illo. nobis autē alius deus non eſt niſi pater et filius et ſpirituſſanct⁹. Rōs. x. Corde credit̄ ad iuſticiam. ore autē cōfeſſio fit ad ſalutē Tercio fuerunt iuſti quantū ad proximum. et hoc quantū ad tirānos egenos et amicos et inimicos Quantū ad tirā nos ipſos grauit̄ arguendo. q2 et iu lianū apoſtatā grauiter arguerunt: nec eius potenciam timuerūt. Vnde Ecc̄i. xlviij. In dieb⁹ ſuis nō ꝑtimuit principem et in potentia. nemo vicit illum Quantū ad egenos eos cū ele moſinis ſuſtentando Gal. vi. Dum tempus habem⁹ operemur bonum ad omnes. Quantū ad amicos eis fide liter conſulendo in periculis. Vnde dixerunt gallicano in periculis cōſti tuto Fac votū deo celi et eris victor melior q̄ꝫ fuiſti Verus em̄ amicus nō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

cognoſcit̃ in proſperitate: ſed in ad
uerſitate. Eccl̃i. xij. Nõ agnoſcetur ĩ
bonis amicus ⁊ c̃. Quantum ad inimicos
ipſos ad pacẽ ⁊ cõcordiã reducendo.
meritis nanq̧ iſtorꝝ tota gens ſythi
ca ad pacẽ ⁊ cõcordiaꝫ venit ⁊ cũ gal
licano cõpoſuit. Prou. xvi. Qui pa
cis meminerit conſilia. ſeq̃tur eos
gaudiũ Secutũ eſt enĩ magnũ gau
dium de hoſtiũ pacificatione. de galli
cani cõuerſione ⁊ de cõſtantie regio
¶ ne obſeruato pudore ¶ Secundo fue
runt multipliciter tribulati. Hoſtis
nanq̧ eos eſt mltipliciter pſecutus
Primo p blandicias vt ſcilicet eos
alliceret dicens. Vos qui in aula re
gia nutriti eſtis nõ debetis meo late
ri deeſſe vt primos in palacio vos ha
beam Sed ipſi pmiſſiones ſuas peni
tus cõtẽpſerunt. nec ad ipſum acce
dere voluerũt neq̧ curauerũt Secun
do vt ipſos deterreret dicẽs. Puniam
vos nõ vt martires ſꝫ vt publicos ho
ſtes Sed ipſius minas nõ curauerũt
neq̧ timuerũt dicẽtes dominũ nr̃ũꝫ
iheſuꝫ chriſtũ tibi p̃ponentes minas
tuas nõ timemꝰ. Tercio p ſupplicia
vt eos vinceret: quãdo eis mãdauit
ꝙ aut ſtatuã ydoli adorarẽt. aut ſẽ
tentiã capitalẽ acciperẽt ſed ipſi mor
tẽ patiẽdo vicerũt Vnde beatꝰ aug.
Miles chriſti fidi armis inductꝰ ĩ pre
lio ſtetit fortiter dimicauit. pugna
uit. ⁊ vicit nõ feriẽdo. ſed patiendo
Quarto occulte eos occidẽdo vt eo
ruꝫ famã extingueret. ſed fama eorꝝ
extingui nõ poterat. q2 ſcripta erat
in celo Lu. x. Gaudete q2 nomina ve
ſtra ſcripta ſũt in celo Cõſeruata in
deo Sap. iiij. Immortalis enĩ eſt me
moria eius. q2 apud deũ nota eſt. ⁊
apud homines. ⁊ viget in toto mun
do Eccl̃i. xxxix. Nõ recedet memoria
eius ⁊ nomẽ eius requiretur a gene
¶ ratione in generationẽ. ¶ Tercio fu
erũt liberati. ⁊ hoc. q2 dñs dedit eis
conſtantiã Vnde iuliano danti indu
cias decẽ dierꝝ conſtanter responde
runt Decem preteriſſe nũc computa
dies ⁊ modo facito quod tũc te fac
turꝝ minaris. Secũdo dedit ipſis vic
toriam. q2 de hoſtibus triũpharunt.
Vicerũt eĩ mundũ per fidẽ. i. Jo. v.
Hec eſt victoria que vincit mundũ
fides veſtra Diabolo reſiſtendo Jac.
iiij. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a te ⁊
a vob̃ Seipſos ⁊ aĩos ſuos edomãdo
Prouẽ. xvi. Melior eſt patiẽs viro
forti. ⁊ qui dominatur aĩo ſuo expu
gnatore vrbiuꝫ Tercio dedit ipſ
coronã Jaco. i. Beatus vir q̃ ſuffert
tẽptationem. qm̃ cũ probatꝰ fuerit
accipiet coronam vite ⁊ c̃. Ipſaꝫ enĩ
coronã accipiunt ſufferentes p lon
ganimitatem. ideo dicit̃. qui ſuffert
tẽptationem Probati p fidelitateꝫ.
ideo ſubdit̃ Qui cũ probatus fuerit.
diligentes p caritateꝫ. ideo ſubiun
git̃. diligentibus ſe. Et quoniam ſic
liberati fuerũt. ideo nũc multos ſuis
meritis ⁊ orõibus liberant ⁊ maxĩe
in iudicio liberabunt Vnde de hoc re
fert beatus Gregorius in dyalogo
ꝙ dum quedã matrona eccleſiam iſ
torꝝ ſanctorꝝ martirꝝ ſepius viſitaret
eidem apparẽtes dixerunt. Tu nos
modo viſitas. nos autẽ te in iudicio
requiremꝰ ⁊ quicquid poterimꝰ tibi
ex tunc preſtabimꝰ.

¶ Clxxvij. Eodem die. ſer. 2ꝰ.

Ecce ꝗ̃ bonũ ⁊ ꝗ̃ iocũdum ha
bitare fratres in vnum ⁊ c̃.

Beati martires iohannes ⁊ paulus
nõ tantũ fuerũt fratres carne. ſed e
ciaꝫ fide ⁊ paſſione ex vno patre cele
ſti Et iõ cõueniẽt v̓bũ ꝓpoſitũ ꝺ eis
dici poteſt In ipis quidẽ fuit v̓a frat̃
nitas quod notatur cũ dicitur Habi
tare fratres. Et fraternitatis vera vi
tas. cum ſubiungit̃ In vnum. vnita
tis ⁊ fraternitatis magna vtilitas.
cuꝫ dicitur. Ecce ꝗ̃ bonũ ⁊ ꝗ̃ iocũdũ

¶ Circa primū notandū. ꝙ frat̄nitas
ſpūalis excellit fraternitatē carnalē
in tribus. de quib9 ſic dicit Ambroſ.
Sanguis fraternitas inter dū ſibi ini
mica eſt. Chriſti autē fraternitas ſine
intermiſſione eſt pacifica Illa int̄ ſe cō
munia cū emulatōe diuidit. Hec vo
ꝓpria cū gratulatōe cōmunicat Illa
in conſortio deſpicit ſepe germanū.
hec aūt frequent̄ aſſumit alienū. Ex
q̄bus v̄bis h̄etur. ꝙ fraternitas car
nalis ſepe hꝫ cōtentionē. i. Cor. vi.
Frater cū fratre in iudicio cōtendit
Spūalis aūt fraternitas hꝫ pacem et
dilectionē Eccl. xxv. In trib9 bn̄pla
citū eſt ſpūi meo que ſunt ꝓbata co
ram deo et hoīb9 ſcꝫ cōcordia fratrꝝ
amor primorꝝ et vir et mł̄er ſibi bn̄
cōſentiētes Duo frēs ſunt intellcūs
et affectus. qui tunc ſunt cōcordes
qn̄ intellcūs bonū diſcernit et affcūs
illud eligendo diligit Duo primi ſūt
oculus et cor qui tunc cōcordes ſunt
qn̄ ipm cor ſtudet oculū ad bonū diri
gere. et oculus ſtudet cordi bona re
nūciare. Vir et mulier ſunt racio et
ſenſualitas que tunc bn̄ ſibi cōſentiē
tes ſunt qn̄ racio ſenſualitateꝫ regit
et ſenſualitas rationi obedit. Scḋo
fraternitas carnal̄ diuidit cōmunia
Geñ. xij. Diuiſi ſunt alterutrꝝ a fratre
ſuo. Spūalis ꝯmunicat ꝓpria. et hoc
tam ꝓpria tpalia Prouer. xi. Alij di
uidunt ꝓpria et ditiores fiunt ⁊c̄. q̄
ſpūalia ꝓpria Aug9. Omnis res que
dando nō deficit dū habet̄ ⁊ nō dat̄
nondū habet̄ quomō habenda eſt.
Tercio fraternitas carnalis ſepe de
ſpicit germanū Sap. x. Per irā homi
cidij fraternitas deperijt. Spūal̄ aūt
admittit alienū. Vnde Aug9. in lib.
de ci. dei. Nullo mō fit minor accūte
cōſorte poſſeſſio bonitatis Non hēbit
deniqꝫ iſtā poſſeſſionē qui eam nolu
erit hrē cōmunē. et tanto eā repiet
ampliorē q̄nto amplius ibi potuerit
amare cōſortē ¶ Scḋo ponit̄ frat̄nitatis
vera vnitas. Qualit̄ autē ſancti viri
vniant̄ dr̄ Cip̄an9 Vniūtur em̄ ſicut
diuerſi radij ī vno ſole. ſicut diuerſi
rami in vna radice. ſicut diuerſi riui
in vno fonte. et ſicut diuerſa mēbra
ī vno corpe Iſtis q̄tuor mod' iſti bti
mr̄es iohs ⁊ paul9 adiuicē cū do vni
ti fuerūt Primo nāqꝫ in vna fide. ſic
diuerſi radij in vno ſole. Radij nāqꝫ
accipiūt a ſole lumē. calorē et v̄tutē
Illa igit̄ eſt pfecta fides: que habet
de deo verā et in dubitatā cognitōꝫ
Et q̄tū ad hoc diſtinguit̄ a fide gen
tiliū et hereticorꝝ. caritatē et dilecti
onē. et q̄tū ad hoc diſtinguit̄ a fide
demonū virtutē ⁊ opationē. et q̄tū
ad hoc diſtinguit̄ a fide malorꝝ xpia
norꝝ. Scḋo vniūt̄. ſicut diuerſi rami
ī vna radice. i. in vna caritate Eph.
iij. In caritate radicati et fūdati ⁊c̄
Greg. Vt em̄ multi arboris rami ex
vna radice ꝓdeūt et pcedūt. ſic etiā
ſilr̄ multe v̄tutes ex vna caritate ge
nerant̄ Nec hꝫ aliquid viriditatis ra
mus boni opis ſi nō manſerit in radi
ce caritatis. Tercio vniūtur ſicut di
uerſi riui in vno fonte. i. in vno ſpū
fontalis ſapientie. De quo fonte dr̄
Geñ. ij. Fluuius egrediebat̄ de loco
voluptatis q̄ inde diuidit̄ in q̄tuor ca
pita. i. in q̄tuor expoſitionū gn̄a. ſcꝫ
hiſtoricū. tropologicū. allegoricū. et
anagogicū. Q̄rto vniūt̄ ſicut diuer
ſa membra in vno corpe ſacroſācte
matris eccleſie. que tn̄ vnio aliq̄n in
pn̄ti ſepat̄ aut p culpā mortalē Iſa.
lxv. Iniq̄tates nr̄e diuiſerūt int̄ nos
et deū nr̄m. Aut p excōmunicationē
i. Cor. v. Auferte malū a vobiſipis
Et loquit̄ de publico fornicario p ex
cōmunicationē auferēdo Et qn̄qꝫ in
futuro qn̄ ſepabunt̄ mali a dei viſio
ne. Math. xxv. Diſcedite a me ⁊c̄.
et a ſcōrꝝ ſocietate Mat. xiij. Exibūt
angeli et ſepabunt malos de medio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

iuſtorum. Tercio ponitur vnitatis
fraternitatiſq; vtilitas. cū dicitur.
Ecce ꝙ bonū ⁊ ꝙ iocundū Dicit autē
btūs bnōꝰ ꝙ ſunt q̄dā bona. ſed n̄ io
cūda ſicut ſūt paſſiones ⁊ t̄bulatōes
que nō ſunt iocūde carni ſed tamen
ſunt bone ⁊ vtiles. ꝗ hominem faci
unt meliorē Cri. Quando carnalia
hominis affligunt̄ tunc ſpūalia eiꝰ
florent. Sicut ergo vernali afflatu
arbores laxantur i folia ⁊ in fructus
Sic in pſecutionibus excitantur aīe
ad virtutes Quedam autē ſunt iocū
da ſed nō bona. ſicut peccata carna
lia Prouer. v. Fauus diſtillās labia
meretricis ⁊c. Ecce ꝙ iocūda. nouiſ
ſima autē illiꝰ quaſi abſinthiuz. ecce
ꝙ amara Quedaz vero ſunt que ſūt
amara ſed nō bona nec iocunda ſicut
quedaz pccā que habent ſcaiz penā
annexaz vt ē triſticia ⁊ inuidia Pro
uer. xviij. Spiritus triſtis exſiccat o
ſſa. Eiuſd. xiiij. Putredo oſſiuz inui
dia Quedā ſunt bona ⁊ iocūda ſicut
caritas mutua ⁊ cohabitatio frater
na Hec ei cohabitatio ē iocūda. ꝗ
dat vnctionez gracie. vn̄ ſequit̄. Si
cut vnguentuz in capite qd deſcēdt
in barbā. ⁊c. qd eſt in refrigeratio
nem ꝯcupiſcentie. vnde ſubditur. ſi
cut ros hermon Et eſt bona. ꝗ ē cā
benedictōis gracie ⁊ vite perhennis
glorie. vnde ſubdit̄ Quoniaz illic mā
uit dn̄s bn̄dictōem ⁊ vitā vſ;z i ſcl'm

Clxxviij d. ſ. apl'. petro ⁊ pau. f. i.

Fecit deus luminaria magna
luminare maius vt preeſſz
diei. luminare minꝰ vt pre
eſſet nocti Gen̄. i. Per iſta duo lumi
naria magna mūdi poſſunt intelligi
magna luminaria padiſi. ſcz petrus
⁊ paulus Per luminare maius intel
ligitur petrus. ꝗ ſicut ſol ē pricęps
omnium planetaꝝ ⁊ luminariuz ſic
⁊ petrus ē pricęps omnium apl'oꝝ.
Sed p luminare minus intelligitur
beatꝰ paulꝰ ꝗ ſicut ipā luna vltima
ē omnium planetarum. ſic ⁊ ipſe be
atus paulus vltimus fuit omnium a
poſtoloꝝ Luminare autē maius pre
eſt diei. ꝗ petrus erat apoſtolus iu
deorū q̄bus erat lux fidei ⁊ diuine le
gis Preeſt luminare minus nocti ꝗ
⁊ paulus fuit apoſtolꝰ gentiū in qui
bus erāt tenebre ignorātie ⁊ infideli
tatis Iſta nanq; duo luminaria. ſcz
ſol et luna habēt in effectu magnā
poteſtatem. in motu magnā velocita
tem. in luce magnā claritatez. i ſitu
magnā ſublimitatē. ⁊ in quantitate
excellentez magnitudinē. Et iſti du
o apoſtoli ſignificātur p iſta duo lu
minaria Primo ꝗ magnā habēt in
inferioribus poteſtatē. nā vnꝰ ē iani
tor celi. et alius doctor mūdi. et am
bo ſunt theſaurarij dei Deus q̄dez ha
bet triplicem theſauꝝ ſcz potentie.
q̄ eſt patris ſapiētie q̄ eſt filij ⁊ miſe
ricordie q̄ eſt ſpūs ſcī Deut. xxxij Nō
ne hec condita ſunt apud me ⁊ ſigna
ta in theſauris meis Omnia ei in the
ſauris diuine potētie. et ſapientie ⁊
miſericordie recondunt̄. vnde per ef
fectus poſtmodū proferuntur. The
ſaurarius igit̄ patris ē petrus cui pa
ter commiſit theſauꝝ ſue potentie vn̄
dixit dominꝰ petro Caro ⁊ ſanguis
nō reuelauit tibi. ſed pater meꝰ qui
in celis ē Magnuz nāq; theſauꝝ potē
tie petrus accepit quādo poteſtatez
claudendi. et apiendi celum habere
ꝓmeruit Theſaurarius filij ē paulꝰ
cui xp̄s commiſit theſauꝝ ſue ſapien
tie Gal. i. Neq; ei ab homine accepi
illud neq; didici. ſed p reuelationez
iheſu xp̄i Nemo igitur p̄t intrare in
theſauꝝ ſapientie dei niſi p doctrinā
⁊ ſapientiā pauli. Theſaurarius ve
ro ſpūs ſancti ē virgo beata cui ipē
cōmiſit theſauꝝ ſue miſericordie. ⁊
iſtum theſauꝝ ipā expendit i hoc mū
do. idcirco vocatur mater gracie ⁊

matter miſericordie · ⁊ in celo vbi eci
am celeſtes grās ad miniſtrat Eccl ·
xxiiij In habitatione ſcā corā ipō mi
niſtraui Secūdo habent ī motu velo
citatē Mot⁹ autē anime eſt amor aī
me Eſt autē t̄plex mot⁹ aīme · ſicut
diſtinguit dionyſius ī libro de diuīs
noībus ſcȝ circularis quo ipſa aīma
mouetur p amorē ad mūdum · vnde
Ps̄ In circuitu impij ambulāt · obli
quus quo quis mouetꝛ p amorēȝ ad
ſeipſum · cū eñ de natura amoris ſit
alterꝝ dirigi quādo quis ipſum ad ſe
reflectit quādam obliquitatē facit ·
rectus quo quis mouetꝛ p amorēȝ ad
deum Canti · i · Recti diligūt te Bea
tus igitꝛ petr⁹ nō mouebatꝛ motu cir
culari p amorem ad mūduȝ · qꝛ ipſe ō
mia mundana cōtempſit · nec motu
obliquo ad ſeipſum per amorē : qꝛ ſe
p xpi noīe ⁊ amore crucifigi pmiſit ·
Sed mouebatꝛ motu recto p amorē
ad deū · qꝛ ſuper oīa ipſuȝ dilexit · Jo
hā · vlt̄ · Tu ſcis dn̄e · qꝛ amo te ⁊ c̄ ·
Similiter btūs paul⁹ nō mouebatur
motu circulari q̄ dicebat · Gal · vi ·
Michi mūdus crucifix⁹ ē · ⁊ ego mū
do · nec motu obliquo q̄ dicebat Ga
la · ij · Viuo ego · iam nō ego · viuit
vero in me chriſt⁹ · ſed motu recto ·
q̄ dicebat Ro · v · Caritas dei diffuſa
eſt in cordib⁹ noſtris ⁊ c̄ · Tercio ha
buerūt magnā claritatē · i · ſapientie
immēſitatē · quā q̄dem ſapientiaȝ pe
trus a triplici magiſtro didicit ſcȝ a
prē reuelante Mat · xvi · Caro ⁊ ſan
guis nō reuelauit tibi · ſ; pr̄ me⁹ q̄ in
cel̄ ē · a filio īſtruēte Jo · xv · Queciȝ
audiui a prē meo nota feci vobis ·
A ſcō ſpū docēte Jo · xv · Cū venerit
ſpūs veritatis docebit vos omnē ve
ritatē Similiter ⁊ paul⁹ tantā ſapiē
tiā didicit in tribus ſcolis · nā in par
uis ſcolis iudeorꝝ didicit legē moyſa
ycam Act̄ xxij Sec⁹ pedes gamalieꝭ
erudit⁹ ⁊ c̄ In magnis ſcolis apoſto
lorꝝ didicit legeȝ euāgelicā quā tam̄
nō ab hoīe docēte didicit · ſ; xpō re
uelante accepit In maximis āgelorꝝ
didicit legē ſubpſtātialē ⁊ diuinā
quādo ſcȝ vſqꝫ ad t̄ciū celū fuit rap
tus ⁊ ibi inter angelos doct⁹ · Qrto
habituri ſūt in iudicio magnaȝ ſubli
mitatē · qꝛ ſuper thronos duodecim ſe
debūt ⁊ ceteros iudicabūt Et illa ta
lis ſeſſio erit ad ſentētie iudicis ap
batione Ps̄ Vt faciāt in eis iudiciū
cōſcriptuȝ ⁊ c̄ Erit ad ipſorꝝ immēſū
honorem · Prouē · vlt̄ · Nobil̄ in portis
vir eius quādo ſederit cū ſenatorib⁹
terre Erit ad magnā demonū cōfuſi
onem · i · Corꝝ · vi Neſcitis qm̄ āgelos
iudicabimus Erit etiā ad malorꝝ cō
demnationem : vt ibidē · An neſcitis
qm̄ ſancti de hoc mūdo iudicabunt ·
Erit ad bonorꝝ magnā cōſolationem
qn̄ ſcȝ videbūt frēm ſuuȝ · i · chriſtuȝ
eſſe iudicē : ⁊ ſororē ſuā · i · mariā eſſe
mediatricē · ⁊ frēs ſuos · i · aplos eē
interceſſores ⁊ aſſeſſores · Qnto hn̄t
magnitudinē excellentē · i · gl̄am om
nib⁹ eminentē ps̄ Principes pplorū
cōgregati ſūt cū deo abraham Quā
uis autēȝ gl̄a ſcōrꝝ ſit magna · pecca
toribus tamē videtꝛ pua ex eo qꝫ ab
ipſa nimiū ſe elongāt Nimia nāqꝫ di
ſtantia ſm̄ baſiliū errare facit circa
tria ſcȝ circa q̄ntitatem Et ponit exē
plū in ſole ⁊ ī inſul̄ maris · circa q̄li
tatem · Et ponit exemplum in velis
nauium que cum ſint alba tamē pp
ter nimiā diſtātiaȝ videntꝛ eē niḡ · cir
ca figuras exponit exēpluȝ ī turrib⁹
q̄ cū ſint q̄drate tamē pp̄ nimiā diſ
tātiaȝ videntꝛ eſſe rotūde Quia g̃ pec
catores nimis ſe elōgant a celeſti pa
t̄ria · iō errāt circa e⁹ q̄ntitatē nō cōſid̄
rantes qꝫ magna ſit · cum tamē dica
tur · Baruch · iij · O yſrahel q̄ magā
eſt domus dei · ⁊ c̄ · Errant circa ei⁹
qualitatem non cōſiderantes q̄ pre
cioſa ſit · de cui⁹ precioſitate dicitur ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Apoca . xxi . Jpſa ciuitas aut̄ mūdū .
Errāt circa eꝰ figurā nō cōſiderātes
ꝙ̄ ſtabilis ſit ⁊ ꝙ̄ eterna Eſt ei pat̄a
celeſtis in q̄dro poſita . vt ibidẽ di
cit̄ Jpſi vero peccatores credunt ipſā
eſſe rotundā . i . volubilē ⁊ caducam
De cuiꝰ eternitate dicit̄ . ij . Cor . v .
Edificationẽ ex deo habemꝰ domū
nō manufactā eternā in celis .

Clxxix . De eodē ſermo 2ꝰ

Nimis honorati ſunt amici tui
deus . ⁊ c . p̄s Inter oēs ſcōs
deus magis iſtos duos apoſ
tolos honorauit . in vita ⁊ in morte ⁊
poſt mortē In vita . qꝛ claues regni
celeſtis eis dedit . nā petro dedit cla
ues potētie . ⁊ paulo dedit claues ſa
pientie Iſta autē poteſtas clauiũ cō
ſiſtit in tribus Primo ī peccōꝝ remiſ
ſione Jo . xx . Quoꝝ remiſeritis pccā
remittunt̄ eis ⁊ c̄ . Et tamē dicit̄ Lu
ce . v . Quis p̄t remittere pccā niſi ſo
lus deus Sꝫ vtrunqꝫ ē veꝝ . qꝛ deus
remittit . ⁊ ſacerdos remittit Ex pec
cato nāqꝫ in hoīe tria cauſātur ſcꝫ dei
inimicicia . ꝺformis macula . ⁊ obliga
tio ad penā Treñ . ij . Quomodo ob
texit in caligine Ecce deformis macu
la . in furore ſuo dñs filiam ſion . ecce
dei inimicicia . ꝓiecit de celo ī terram
inclitaꝫ iſrahel . ecce ad penā eternā
obligatio . Iſta tria ſolus deꝰ virtute
cōtrictionis remittit . ſolus ei deꝰ remit
tit offenſaꝫ . lauat maculaꝫ . ⁊ diſſol
uit obligationē eternā Iſta tria ſigni
ficātur . Lu . xij . in filio ꝓdigo ꝺ quo
dr̄ ꝙ pater fuit eū oſculatꝰ ⁊ ꝙ ſto
la p̄ma eū induit . ⁊ ꝙ dixit mortuꝰ
fuerat ⁊ reuixit In hoc nāqꝫ ꝙ fuit e
ū oſculatus dat̄ ītelligi ꝙ ſoliꝰ dei ē
remittere inimiciciā ſuā ⁊ offenſā In
hoc ꝙ ſtola induit euꝫ dat̄ intelligi ꝙ
eꝰ ē lauare maculaꝫ ⁊ ornare animā
In hoc autē ꝙ dixit mortuꝰ fuerat ⁊
reuixit . dat̄ intelligi ꝙ eiꝰ ē remitte
re penā eternā . Sacerdos āt dicit̄ ē
mittere pecā ꝙ̄tum ad alia tria Jpſe
ei peccatorē a deo abſolutū eſſe īdi
cat . Aliter ei ꝓ abſoluto nō recipe
tur . a pena purgatorij q̄ deo obliga
tur . penā pn̄ti ſatiſfactorie ipſū ligat
⁊ de ipſa pena ꝑtē relaxat iſta tria no
tant̄ Jo . xi in reſuſcitatōe lazari So
lus q̄dem xp̄s ip̄m a mortuis reſuſci
tauit . ſed tamē diſcipulis tria commi
ſit ſcꝫ vt lapidē tollerēt . vt ipſuꝫ ſol
uerent . ⁊ vt libere abire ꝑmitterēt
Lapidē tollere ē penā purgatoriam
in penā ſatiſfactoriā cōmutare Pec
catorē abſoluere ē ip̄m a deo abſolu
tū eē oſtēdē Et libere abire ꝑmittē
ē ei penā aliqualiter īdulgere . Secū
do ꝯſiſtit ī excommunicādi ⁊ abſol
uendi iuriſdictōe Iſte autē abſoluti
ones ⁊ ligationes nō ſunt in celo . qꝛ
ibi ſunt oēs abſoluti . nec ſunt ī infer
no . qꝛ ibi ſunt oēs ligati . ſed ſunt in
mūdo vbi q̄daꝫ ſunt abſoluti ⁊ q̄daꝫ
ligati In inferno q̄deꝫ ſunt ⁊ omnes
ligati ⁊ excommunicati ꝑ illaꝫ ſenten
tiaꝫ Mat̄ . xxv . Diſcedite a me male
dicti in ignē eternū q̄ ꝑatus ē diabo
lo et angel̄ eꝰ Et iō ſancti eis nō lo
quent̄ . ſed ſemꝑ ab eis auertent̄ . de
hoc . p̄s Auertiſti nos retrorſū poſt ī
imicos nr̄os ⁊ c̄ . nec ꝑticipabūt cum
eis in diuino officio . de quo dr̄ . Tho
b . xiij . Per omnes plateas iheruſalē
alleluia cātabitur . Jpſi nāqꝫ a tem
plo dei erūt excluſi Apoca . vl . Foris
autem canes ⁊ venefici ipſos ſaluta
bunt id eſt ſalutem eternam opta
bunt . immo ſicut dicitur in . Ps̄ . Le
tabitur iuſtus cum viderit vindictā
Excluſi eciam erūt a participatione
ſacramentorum ⁊ maxime a percep
tione panis vite . Mathe . xv . Non ē
bonū ſumere panem filiorum et mit
tere canibus Non participabunt eci
am ſancti cū eis in menſa . yſaie . lxv
Ecce ſerui mei comedent et vos eſu
rietis . ⁊ c̄ . Tercio conſiſtit iſta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

poteſtas indulgentiarum largitioē.
Ad hoc nanq ꝙ iſte indulgētie va
leāt tria ſunt ꝯmuniter neceſſaria.
Vnū ex ꝑte facietis ſcz auctoritas.
Secūduz ex ꝑte recipiētis ſcz caritas
Terciū vero ex ꝑte cauſe ſcz pietas
q̄ duo includit ſcz honorez dei. q2 pie
tas eſt cult9 ſoli deo debitus ⁊ vtili
tatē ꝓximi. pietas eī alio modo mi
ſericordia dicit. Secūdo principali
ter chriſtus hōrauit iſtos ſanctos in
morte. q2 eoꝝ mortē nobis fecit val
de vtilem ⁊ fructuoſaz: Ex morte em̄
beati petri triplex fructus euenit. v
nus eſt quātum ad deū ſcz eius glori
ficatio Jo. vlti. Hoc autē dixit ſigni
ficās q̄ morte clarificaturus eſſz deū
Alius quātum ad ſeipſuz ſcz coronati
o ſua Vnde dionſius vidit eos poſt
mortē coronis luminis coronatos.
Tercius q̄tum ad nos ſcz ſua ꝓ nobis
intercesſio. ij. Pe. i. Dabo autē opaz
frequenter habere vos poſt obitum
meū ⁊c̄. Similiter ex morte bti pau
li triplex fructus ꝓuenit Vnus quo
ad deū ſcz eius glorificatio Phil. iij
Magnificabit̄ chriſt9 in corpore me
o ſiue ꝑ vitā ſiue ꝑ mortem Secūd9
eſt quo ad ſeipſuz ſcz ſua coronatio.
ij. Thi. iij. Repoſita eſt mihi corona
iuſticie ⁊ c̄ Tercius ē ad nos ſcz ſalua
tio noſtra. ij. Coꝝ. xiij. Libentiſſīe i
pendam ⁊ ſupimpendar egoipſe ꝓ
animab9 veſtris ſcz ſaluādis Tercio
chriſt9 hōrauit iſtos ſcōs poſt mortē
eoꝝ. q2 fecit eos ſuos ianitores i do
mo ſua. vnde cātatur de eis Habēt
poteſtatē celū claudere nubib9 ⁊ ape
rire portas eius Deus eī hab3 q̄tuor
domus ſcz ecc̄iam militantē. patriā
celeſtē. purgatoriū. ⁊ infernū. In p̄
ma habitāt pegrini In ſecūda filij.
In tercia debitis obligati. in quarta
incarcerati. Et quelibet iſtaꝝ q̄tuor
domoꝝ habet ſuā clauem ſpēalem.
Nā clauis ꝑ quam intrat̄ in primam
domū ſcz eccleſiam militantē eſt cla
uis indulgentie Clauis vero ꝑ quaz
intratur in ſecundā domum ſcz pat̄
am celeſtez. eſt clauis miſericordie.
Clauis per quam intrat̄ in terciā do
muz ſcz purgatorium eſt clauis iuſti
cie Juſticia nanq dei requirit ꝙ nul
lum malū remaneat impunitū. Sed
clauis per quam intratur in quartā
domum ſcz infernum eſt clauis mor
tis eterne Peccatori ergo volenti re
dire ad eccleſiā ꝑ penitentiam petr9
aperit oſtium cū claue remiſſionis ⁊
indulgentie Johā. vlt̄. Quoꝝ remi
ſeritis peccata remittuntur eis ⁊c̄.
Et animabus ſanctoꝝ volentibus in
trare in domū celeſtis patrie aperit
oſtium cū claue miſericordie Ps̄ Ja
nuas celi aperuit Sed illis animab9
que debent intrare in purgatorium
aperit oſtium cū claue iuſticie Pſal
miſta. Aperite mihi portas iuſticie.
hec porta domini iuſti intrabunt in
eam Juſti nanq aliquādo ſecum ali
qua cremabilia portant. Animab9
vero damnandis. nec petr9 nec pau
l9 oſtiuz aperit. nec claudit. ſed chri
ſtus oſtium aperit ⁊ eciā oſtiuz clau
dit ⁊ peccatores in inferno includit.
⁊ clauem includit ⁊ clauē cuſtodit.
Apo. p̄mo Habeo clauē mortis ⁊ in
ferni Et eciam Apoc. ix. Data eſt ei
clauis putei abyſſi.

Clxxx. eodē die ſermo tercius.

Tu es petrus ⁊ ſuper hanc pe
tram edificabo eccleſiā meā
Math. xvi. Magnam aucto
ritatē. ⁊ poteſtatē. ⁊ dignitatē. Jhe
ſus chriſtus cōceſſit beato petro q̄n
do ſup eius cōfeſſionē eccleſiā fūda
uit. ac claues regni celoꝝ ſibi dedit
Vt āt eius dignitates ⁊ prerogati
uas meli9 videre valeam9. Sciendū
ē ꝙ btūs petr9 int̄ ceteros ap̄los fu
it ſublimior i p̄latōe feruētior i a-ōre.
efficatior i vtute ⁊ gl'oſior i paſſione

Primo fuit ſublimioꝛ in prelatione.
Chriſtꝰ ei eū ſummū pontificē fecit ⁊
ſuū vicariū conſtituit ⁊ dereliquit
qn̄ ei dixit Petre paſce oues meas
Ad iſtā autē prelationē pater ipm̄
elegit Mat̄. xvi. Caro ⁊ ſanguis nō
reuelauit tibi ſed pater meꝰ q̄ in cel̄
eſt Et dei filius electū examinauit ⁊
maxime in duobꝰ ſcʒ in fide recta qn̄
dixit ei Quē dicūt homines eſſe filiū
hoīs ⁊c̄. Et petrꝰ rn̄dit Tu es xp̄s fi
lius dei viui. Et in dilectōe ſincera.
quādo dixit. Simon iohānis diligis
me plus his? Et ſpūs ſanctꝰ electū
examiatum cōfirmauit qn̄ in penthe
coſten ad robur ſe ſibi effudit. vnd̄
Ps̄ Ego ꝯfirmaui colūpnas eꝰ To
ta ētitas electo exaīato ⁊ ꝯfirāto de
dit iuriſdictōem ſcʒ iuriſdictōeʒ ſup
infernū. cū dicitur. Porte inferi nō
preualebūt aduerſus eā Sup celum
cū dr̄. Tibi dabo claues regni celoꝝ
Sup mundū. cū dr̄. Quodcūqʒ liga
gaueris ſup terrā erit ligatū ⁊c̄.
Secūdo fuit feruētior in amore Huiꝰ
autē plura ſūt ſigna Vnū ante paſſi
oneʒ qꝛ ꝓpter eꝰ amorē oīa trena cō
tēpſit. Mat̄. xix. Ecce nos reliqm̄ꝰ
omnia ⁊ ſecuti ſumꝰ te Quidā ei ſūt
procraſtināte s iō dixit. ecce Alij ad
tēpus reponētes. iō dicit relinq̄mꝰ
nō repoſuimus Alij diuidentes. idō
dixit omīa Alij res relinquētes. ſed
volūtates ſuas retinētes. iō dixit.
Secuti ſumꝰ te. Secūduʒ ſignuʒ fuit i
paſſione. qꝛ cū xp̄o mori voluit. qn̄
dixit Lu. xxij. Paratus ſū tecuʒ ⁊ in
carcerē ⁊ i mortē ire Nō ei volebat
mori ante eū qꝛ nolebat carere taʒ
dulci preſentia xp̄i. nec eciā volebat
viuere poſt eū. qꝛ tunc non reputa
bat vitā ſed mortē eternā Volebat
auteʒ mori cū eo. qꝛ hoc ſibi reputa
bat gloriā ⁊ coronā Terciū ſignuʒ fu
it poſt paſſionē. qꝛ extunc ipſe btūs
petrus ſemp fuit in lacrimis. Habu
it ēī lacrimas doloris ex eo ꝙ magi
ſtruʒ ſuum negauit Lu. xxij Egreſſꝰ
foras fleuit amare. Vnde dicit cle
mens ꝙ qn̄cunqʒ gallicantum audie
bat lacrimas emittebat. Habuit eci
ā lacrimas ꝯpaſſionis ex eo ꝙ amicū
ſuuʒ mortuuʒ videbat. Jo. xvi. Plo
rabitis ⁊ flebitis vos. mūdꝰ āt gau
debit ⁊c. Habuit eciā lacrimas duo
tionis ex eo ꝙ ad amicū ſuum viden
dum ꝑgere ſperabat. ⁊ hoc poſt aſ
cenſionē Vnde dixit clemens ꝙ ſem
ꝑ in ſinu ſudariuʒ deferebat quo flu
entes lacrimas detergebat. ⁊ ſic vt
idem dicit in ꝯſuetudinē duxerāt fle
re ꝙ tota eꝰ facies aduſta lacrimis
videbat̄. Quartuʒ ſignū fuit poſt re
ſurrectōem qꝛ ipſe cū iohāne ad mo
numētuʒ cucurrit Et ſicut dicit Gre
go. Illi p̄ceteris cucurrerūt q̄ p̄ cete
ris amauerūt Aliquādo ſimul cucur
rerūt aliqn̄ iohēs cucurrit ciciꝰ petro
Et aliquādo petrus ciciꝰ iohanne qꝛ
prioꝛ monumētuʒ intrauit. Per qđ
dat̄ intelligi ꝙ ābo ſapiēter xp̄m di
lexerūt Johānes autē magis dulcit̄
Petrus vero magis ꝯſtant̄ Tercio
beatus petrꝰ fuit efficatioꝛ i virtute
⁊ hoc quadrupliciter. Fuit ei efficaci
oꝛ in v̓tute credendi qn̄ dixit Tu es
xp̄s filiꝰ dei viui. De ipſius petri fide
dr̄ Lu. xxij. Simō ecce ſathanas expe
tiuit vos vt cribaret ſicut triticum.
⁊c. vbi habet̄ ꝙ eꝰ fides multuʒ fuit
a diabolo tēptata. cum dicit̄. Ecce ſa
thanas ⁊c. Hoſtis eī vbi inuenit lo
cum magis munitū ibi maiorē exer
cet conatū Fuit a chriſto multuʒ ro
borata cū dicit̄ Ego autē ꝓ te roga
ui petre vt non deficiat fides tua. ꝙ
omibus fuit in exēplū data. cū dr̄. ⁊
tu aliquādo cōuerſus ⁊c. Fuit eciaʒ
efficatior in virtute ſanādi. nō ſolū
ei ſanabat ſicut ceteri v̓bo ōrōis ſ3 eci
ā v̓bo iuſſionis. ſicut pʒ Act̄. ix. in ſa
natōe enee. Vmbra corpis ſui ſicut

dicit̄. act. v. In poſitione baculi ſui ſicut patet in diſcipulo ꝑ quadragi ta dies defuncto qui ad impoſitionez ſui baculi iā ſanatꝰ eſt ⁊ reſuſcitatꝰ Fuit efficatior in virtute predicādi. Tam groſſe nanqꝫ ꝑdicabat ꝙ aliq̄n do vna die tria milia. aliquādo qui qꝫ milia hominū ꝯuertebat. ſicut ha bet̄. Act. ij. ⁊ iiij. hoīm cōuertebat. Hoc enim ē teſtimoniū gratioſi pre dicatoris. vnde Criſ. ſup math. Te ſtimoniū ſtudioſi agricole ē meſſis fecūda. aſſidui doctoris eccleſia ple na. negotiatoris multiplex theca Fu it etiā efficatior in virtute orādi Eꝰ enim orō aliquando aperiebat celū. ſicut patet. Act. ix. vbi dicit̄ ꝙ cecu dit ſup eū mentis exceſſus. ⁊ vidit celū apertuz. Aliquādo faciebat deſ cendere ſpūm ſanctum. ſicut patet. Act. viij. in ſamaritanis. Aliquādo ſpoliabat infernū. ſicut quādo ſuſci tauit defunctū quē ſimon magus ſuſ citare nō potuit. Et aliquādo vince bat demoniū. ſicut patet i demone q̄ ſimonē maguz ꝑ aerem deferebat.

Quarto beatꝰ petrꝰ fuit glorioſior in paſſione Paſſus ē enī eandē penā cū chriſto. put chriſtꝰ ei ꝑdixit Iohā. vlt̄. Seq̄re me. Sap. xviij. Simili pe na ſeruꝰ cū domino ē afflictus. Nolu it autē beatꝰ petrꝰ illā penā pati rec tus ſed reuerſus. hoc ꝓpter quatuor cauſas quas ipſe ponit. Prima q2 ꝓp ter honorē domini ſui nō reputabat ſe dignū eo modo penā illā pati quo modo chriſtus eā ptulit. Secunda q2 chriſtus paſſꝰ eſt ꝓpter mūduz re dimendū. ideo debuit ad munduz re ſpicere Ipſe autē petrꝰ patiebat̄ ꝓpt̄ acquirendū celū. ideo debuit ad celū habere reſpectū Tercia ꝓpter lapſū generis humani ſignificāduz. Chriſ tus enī ſemp rectꝰ ſtetit ⁊ nūq̄ȝ i pec catū cecidit Homo vero caput men tis in terrā defixit ⁊ cōtra deū recalci trauit. Quarta ad innuēdum ꝙ hō mutauerat amorē ſpūalem i amorē mundanū. homo enī rectus in cruce poſitus ſi reuoluit̄ illud quod erat d̄ xtrum efficit̄ ſiniſtruz Tunc igitur hō mutauit dextrū in ſiniſtꝝ quādo mu tauit amorem celeſtium in amorem mundanum.

Clxxxi. In cōmemoratione ſancti pauli apl̄i. Sermo pmus.

CVm autē placuit ei q̄ me ſe gregauit ex vtero mr̄is mee ⁊ c̄. Gal. i. Apl̄s nō ingrtus fuit grē dei. ſed qnqꝫ effectꝰ diuine miſericordie in ſe recognouit hūilit̄ Primꝰ effectꝰ eſt ꝙ ipm̄ de vtero ſu e matris eduxit Notādū autez ē ꝙ ē qntuplex vterꝰ matris Primꝰ vterꝰ eſt vterꝰ mr̄is gnālis ſcz terre: Secū dus ē vterꝰ mr̄is carnalis ſcz mr̄is ꝓ prie Teraꝰ eſt vterꝰ mr̄is figuralis ſcz ſynagoge. Quartꝰ ē vterus ma tris ſpūalis ſcz militantis eccleſie.

Quintus ē vterus matris celeſtis. ſcz triumphantis eccleſie. Beatus igit̄ paulus primo fuit in vtero ſue matris carnalis ⁊ exinde deus euz ſe gregauit quādo eum ad lucē dedux it. Vnde pſalmiſta. De ventre mr̄is mee deus meus es tu. ⁊ c̄. Et idem: Tu es qui extraxiſti. ⁊ c̄. Deinde in trauit in ventrem matris figuralis: ſcilicet ſynagoge Et ab iſto vtero d̄ us eum ſegregauit. quando ipſum ad fidem conuertit. Et iſta ſegrega tio ſignificata eſt in ortu beniamin. vbi rachel mortua eſt. ideo vocauit eum filium doloris. Sed pater val de eſt gauiſus. ideo vocauit eum fili um dextre Ex ſua enim conuerſione ſinagoga mortem ſpiritualem incur rit. ⁊ multam triſticiam habuit ſed deus pater valde gauiſus eſt cum eū filium dextere apellauit. quando dix it. Actuum nono. Vade quia vas e lectionis eſt michi iſte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Deinde de vtero ſinagoge intrauit ī
vterꝝ militantis eccē in quo tā diu ꝑ
manſit ꝙ̄ diu in hac vita vixit. Ab
iſto vtero deus eū ſegregauit qn̄ eꝰ
animā a corꝑe ſeꝑauit. Et tūc intra
uit eꝰ corpꝰ in vterꝝ matris gn̄alis.
ſcꝫ terre. et anima eꝰ in vterꝝ mr̄is
celeſtis ſcꝫ iheruſaleꝫ ſ. ꝑne. In ipſa
autē ſeꝑatione caput eꝰ exiliēs tres
ſaltus dedit et in quolibꝫ ſaltu fōtē
aque aperuit ꝑ quod ſignificabatur
ꝙ in vita ſua tres ſaltꝰ fecerat. vnū
ſaltauit de ſinagoga ad eccāꝫ Et tūc
aperuit et manifeſtauit fontē diuīe
mīe Aliū ſaltum fecit diſcurrendo ꝑ
mūdū Et tūc aperuit fontē celeſtis
doctrine Terciū quādo ſaltauit vſꝫ
ad terciū celū Et tūc aperuit fontem
diuine ſapientie Ipſuꝫ eciā caput be
ati pauli benedictū nomē iheſus cla
ra voce inſonuit Ipſuꝫ ei nomen ihe
ſus fuit ī corde eꝰ iubilus. in ore mel
ꝛ in aure melos Recte igiť poſt mor
tem nomē iheſu ꝓtulit nimia ſcꝫ cor
dis iocunditate repletus nimia oris
dulcedine allectꝰ. ꝛ nimia iubilatio
ne armoniaca ꝓuocatꝰ Tunc eciam
d eꝰ ſcō corꝑe quatuor emanauerūt
ſcꝫ vnda lactis. ꝓpter eꝰ puritatem
vnda ſanguinis ꝓpter eꝰ martiriꝫ ſā
ctitatē. ſplendor lucis ꝓpter ipſius
ſapientie claritatē. ꝛ flagrātia odo
ris ꝓpter ipſiꝰ fame celebritatē Tan
dē deus ipſū corpꝰ de vtero mr̄is ter
re ſegregabit ſcꝫ quādo dicet in tpe
extremi iudicij Surgite mortui veni
te ad iudicium Et tūc in vterꝝ mr̄is
celeſtis intrabit Et de illo vtero nū
ꝙ̄ exibit Ideo obitus ſanctoꝝ nata
le vocatur. qꝛ tunc in celo naſcunť.
Secundꝰ effectꝰ diuine mīe ipſum ꝑ
grām ſuā vocauit. iō ſubdiť Et voca
uit ꝑ gratiaꝫ ſuam. huiuſmōi autem
vocatio cōmendabilis ē ex ꝑte vocā
tis Ceteros qdem apoſtolos chriſtus
vocauit exiſtens ī ſiniſtra ꝑn̄tis miſe
rie. ſed hūc vocauit exiſtēs ī dexte
ra paterne glorie Et ꝓpter iſtā cām
in papali bulla ponit beatꝰ paulus
a dextris ſed effigies beati petri poī
tur a ſiniſtris. Eſt eciā conmēdabiľ
ex parte vocati Non enim xp̄s voca
uit eū piſcantē vt petrꝝ. nec lucris
inhiantem. vt matheuꝫ. nec rethia
reficientē vt iohānem ꝛ iacobū. ſed
odientē ardenti aīo. vnde dicitur ſpi
rans minaꝝ īimicantē prauo ſtudio
qꝛ acceſſit ad principeꝫ ſacerdotum
et ꝑſequentē ſollicito miniſterio qꝛ
ibat in damaſcū vt ſi quos inueiret
ꝛc̄. Cōmēdabilis ē eciā ex ꝑte modi
vocādi Ceteros ei vocauit ſolo vbo
hūc autē vocauit ꝑ lucē excecātem.
Per vtutē proſternētem. ꝑ vocem
obiurgātem Tercius mīe effectus ē
qꝛ ipſum ꝑ diuinā ſapientiā docuit.
cū ſbdiť vt reuelaret filiū ſuuꝫ ī me.
Iſtam autē ſapientiā beatꝰ paulus
a qn̄qꝫ magiſtris accepit. Primo a
moyſe Gal. i. Proficiebā in iudaiſ
mo ſuꝑ multos coetaneos meos ꝛc̄
Et ꝙ̄tum ad hoc factꝰ ē phariſeus.
de hoc. Act. xxiij. Ego phariſeus ſuꝫ
filius phariſeoꝝ Secundo a filio ꝛ ꝙ̄
tum ad hoc factꝰ ē apoſtolus Gal. i.
Paulꝰ apoſtolus nō ab hominibꝰ ne
qꝫ per hominē ſed ꝑ chriſtum iheſuꝫ
Tercio a ſpū ſancto Et ꝙ̄tuꝫ ad hoc
factꝰ ē dei legatꝰ Act. xiij. Dixit ſpi
ritꝰ ſanctꝰ ſegregate mihi paulum ꝛ
barnabam ꝛc̄. Quarto a patre. Et
quantum ad hoc factus eſt dei euan
geliſta verus. vnde dixit. vt reuela
ret in me filium ſuum vt euangeliſa
rem eū in gentibus. Quinto a tota
trinitate quando in tercium celuꝫ ē
raptꝰ. ij. Coꝝ. x. Audiuit archana
verba que nō licet homini loqui.
Quartus effectus miſericordie. bea
tus paulus in ſe recognouit poteſt e
ſſe. quia ipſuꝫ predicatorem gentiū
fecit. vnde ſubdiť. vt euangeliſarē

illum in gentib9 Nam in gẽtibus eãt
maior potẽtia. Quia ibi erãt reges
⁊ impatores Maior ſapientia. q2 ibi
erãt philoſophi ⁊ doctores Maior e
loquẽtia qui ibi erãt rethores ⁊ ora
tores Maior varietas errorꝝ. ⁊ ma
ior diuerſitas viciorꝝ Sed cõtra iſta
quinq3 certamĩa accepit quinq3 adiu
toria Nã cõtra tirãnorꝝ potentiã acce
pit virtutẽ ⁊ cõſtantiã Act. xxiij. Ap
paruit illi domin9 dicẽs. Conſtãs eſ
to paule Oportet te nãq3 rome teſti
ficari Cõtra ſapientiã mũdanã. ac
cepit ⁊ ſimplicitatẽ euãgelicã. i. Corꝝ
v. Nõ eñ iudicaui me aliquid ſcire
inter vos niſi chriſtũ iheſũ ⁊ hũc cru
cifixum Cõtra rethorꝝ eloquẽtiã ac
cepit facũdiã fructuoſã Ibidẽ. Ser
mo me9 ⁊ pdicatio ñ in pſuaſibilib9
humane ſapientie verbis. ſ; i oſten
ſione ſpũs ⁊ virtutis: Cõtra diuerſi
tatẽ errorꝝ accepit fidei ⁊ ſapientie ve
ritatẽ. ſicut p3. Act. xvij. vbi dixit
athenienſibus. qd ignorãtes colitis
hoc ego nuncio vobis ⁊c̃ Cõtra mul
tiplicitatem viciorꝝ accepit omnium
grãrꝝ plenitudinẽ Nã cõtra luxuriã
opponebat v̓ginitatem. i. Corꝝ. vij.
Volo autẽ omnes hoĩes eſſe ſicut me
ipſũ Contra gulã parcitatẽ. i. Thi.
vij. Habentes alimẽta ⁊ quib9 tega
mur. his cõtenti ſum9. Cõtra auari
ciã habuit voluntariã paupertatem.
Phil. iij. Omnia arbitrat9 ſũ vt ſtẽ
cora vt chriſtũ lucrifacerẽ. Contra
triſticiã cõſcientie iocunditatem. ij.
Corꝝ. i. Glã noſtra hec eſt teſtimoĩ
um cõſcientie noſtre Cõtra irã beni
gnitatem. i. corꝝ. x. Sine offenſione
eſtote iudeis ⁊ gentib9 ⁊c̃. Contra
inuidiã fraternã caritatẽ Roma. v
Caritas dei diffuſa eſt in cordib9 no
ſtris ⁊c̃ Cõtra vanam glãm habuit
humilitatẽ. i. Corꝝ. v. Ego eñ ſum
minimus apoſtolorꝝ ⁊c̃. Quintus ef
fectus ex diuina miſericordia eſt q̃a

chriſtus mox eũ ſibi obedientẽ fecit
quod notat̃ cũ dicitur. Cõtinuo non
acquieui carni ⁊ ſanguini. i. amori ⁊
dilectõni carnis. ſed poti9 diuine in
ſpirationi. cõtinuo id ẽ ſine cõtradi
ctõne Actuũ. ix. Domine quid me
vis facere. vel cõtinuo id ẽ ſine deli
beratione Vnde beat9 bernardus.
Amicos cõſulat qui nõ nouit q2 inimi
ci hoĩs domeſtici e9. vel cõtinuo. i. ſiñ
dilatione. q2 inducias non petiit. ſed
protinus obediuit Prouẽ. iij. Nõ di
cas amico tuo vade ⁊ reuertere ⁊c̃.
Vel cõtinuo id eſt ſine trepidatioẽ.
q2 nichil timuit ſed de dei bonitate ɔ
fidit. Yſa. xxxv Dicite puſillanimes
cõfortamini ⁊ nolite timere

Clxxxij. de eodẽ die. ſer. ſecundus.

Ecce nos reliquimus omnia:
⁊ ſecuti ſum9 te ⁊c̃ Mat. xix
In iſto euãgelio qd ad honorẽ
beati pauli dicit̃ a trib9 cõmẽdabil
inuenitur Primo q̃dem a perfecta
mũdi abrenũciatione. Et hoc tãgit̃
cũ dr. ecce nos reliq̃mus omnia. Re
liquit eĩ omnia impedientia. i. amorẽ
diuitiarꝝ que hominẽ impediunt a ſa
lute Marci. x. Difficulter q̃ pecunias
habẽt regnũ dei introibunt. Iſtum
amorem mũdi iſte reliquit qui ait.
Gal. vi. Michi mũdus crucifixus ẽ
⁊ ego mũdo Secũdo reliquit omnia
retrahentia. ſicut ẽ amor parentum
qui pcipue hominẽ retrahit a ſalute
Mat. x. Inimici hoĩs domeſtici eius
Iſtum reliquit q̃ ait Gal. i. Non ac
quieui carni ⁊ ſanguini. ⁊c̃. Tercio
reliquit omnia ponderãtia vt eſt ſar
cina peccatorꝝ Heb. x. Deponẽtes õ
ne pond9 ⁊ circũſtans vos peccatum
⁊c̃ Quarto reliquit omnia pciocoſa
vt ẽ amor delitiarꝝ. vnde ait. i. corꝝ
ix. Caſtigo corpus meum ⁊ i ſeruitu
tem redigo Quinto reliquit omnia
picculoſa vt eſt amor ſuiipſi9 de quo
picculoſo amorẽ ipſe ait. ij. Thi. iij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

In nouiſſimis diebus inſtabunt tēm
pora piculoſa. Et erunt homines ſe
ipſos amātes Iſtum amorē ſuiipſius
beatus paulꝰ nō habuit. qꝛ propter
chriſtum ſe in mortē tradere ſemper
paratus fuit Vnde ait Act. xx. Ego
non ſolū alligari ſ; ⁊ mori paratus ſū
propter nomē domini iheſu chriſti.
Sexto reliquit omnia infructuoſa.
vt eſt amor honoꝝ qui eſt infructuo
ſūs ⁊ vanus Vnde pſ̄. Vt quid dili
gitis vanitatem ⁊ queritis mendaci
um Gal. primo. An quero homibꝰ
placere? Si adhuc hominibus place
rem ſeruus chriſti non eſſem Secun
do conmendatur a ſalutifera chriſti
imitatione. qđ notatur cum dicitur
Et ſecuti ſumus te Ad hoc autē ꝙ hō
chriſtum imitetur duo requiruntur
Vnū ex parte dei ſc; attractō ſue di
gnatōnis Iohannis. vi. Nemo venit
ad me niſi pater qui miſit me traxe
rit illum. Trahit autem q̄tuor funi
culis ſcz modo exteriori eruditione:
modo interiori inſpiratōne. modo
paterna flagellatione. mō beneficio
rū exhibitione. ſed de q̄buſdam qui
iſtis q̄tuor funiculis ſe trahi non per
mittunt dominꝰ conquerit̄ dicens.
Prouērbio. i. Vocaui ⁊ renuiſtis.
quo ad exteriora documēta Extēdi
manū meā ⁊ nō fuit qui aſpiceret.
quo ad collata beneficia. d̄ſpexiſtis
omne cōſiliū meū. quo ad inſpirata
cōſilia Et increpationes meas negle
xiſtis: quo ad irrogata flagella. Iſ
tis quatuor funiculis apoſtolus trac
tus fuit ſcz exteriori eruditione ⁊ rep
henſione Act. ix. Saule ſaule q̄d me
perſequeris ⁊c̄. Interiori inſpiratio
ne Ibidem. Subito circumfulſit eum
lux de celo Flagellatōe qꝛ excecatus
⁊ in terrā ꝓſtratus. Beneficioꝝ ex
hibitione. qꝛ poſtmoduz fuit illumia
tus. a chriſto edoctꝰ. ⁊ in terciuz ce
luz raptus. Secūdo ex pte homis

requirit̄ expeditio voluntatis ſcz ne
a diabolo teneat̄ cathena ferrea id ē
ferrea volūtate Que quidē cathena
octo hz anulos ſc; malā ſuggeſtionē
cogitationē. delectationē cōſenſuz.
opationē. ꝯſuetudinez neceſſitatez.
⁊ deſperationē. Iſtos nanqꝫ octo a
nulos apl̄s fregit ſcz prauā ſugges
tionez. ij. Coꝝ. iiij. Abdicamꝰ occul
ta dedecoris. carnalē cogitationez.
ij coꝝ. i. ā q̄ cogito ſm carnē cogito
quaſi dicat. nō prauā delectationez
qꝛ tm̄ circa ſpūalia delcābat̄ Ro. vij
Cōdlector em̄ legi dei ſm interiorez
hoiem. ꝓuū ꝯſenſuz qꝛ bonis medita
tōibꝰ ſēp ꝯſentiebat Ibidē Cōſentō
legi qm̄ bō ē. ꝓuā opationē Ro. xij.
Abijciaꝰ ergo a nob̄ opa tenebraꝝ.
ꝓuā ꝯſuetudinē. qꝛ ad oē opꝰ bonū
ſe aſſuefecit. phil. iiij. Vbiz ⁊ i oibꝰ
iſtitutꝰ ſū ⁊c̄. ꝓuā necitatē. qꝛ hūit
ſpūs libertatē. ij. coꝝ iij. Vbi ſpūs
dn̄i ibi libtas Oēz d̄ſpeatōez qꝛ hūit
oiodaz ſpei firmitatē Heb̄. vi. Cōfu
gimꝰ ad tenēdū ꝓpoſitā ſpē Tercio
ꝯmendat̄ a fcuōſa remuneātōe. cū
ſbiungit̄ Sedebitis ſup ſedes xij. in q̄
remuneātōe tria erūt. Primo regal̄
digtas cū d̄r. ſedebitis Debunt ei re
gale dominiū. Sap. v. Accipiēs reg
nū decoris. regale ſtruz Ibid. ⁊ dyad
ma regni d̄ maū dei ſui. regale ſcep
trꝫ Sap. x Donec affert illi ſceptrꝫ re
gni. regalē hītum Pro. vlt̄ Biſſus
⁊ purpuā veſtimtū eꝰ. regale ſoliū
Luce. xxij. Sedebitis ſuper thronos
duodecim. ⁊c̄. Secūdo in ipſa re
muneratione erit magna dei libera
litas. Eciam in preſenti. ꝙ quidem
quatuor modis poteſt itelligi ſcilicz
aut quantum ad temporaliuz diſcre
tam poſſeſſionem. quia auari poſſi
dent ea ea vt ſerui. ſancti vero viri.
vt domini que poſſeſſio eſt tempora
libus in centuplum melior. Aut q̄
tum ad ſpūalium acquiſitionem.

Ac ſi dicat domin9 . Spiritualia pe
cipiet que temporalibus cōpata ex
cedunt . ſicut maior numerus minorē
numerū excedit Aut quātuz ad ſuffra
giorum eccie pticipationē Jlli ei qui
ſunt de eccleſia tantum numero pñt
adinuicem pticipare ſubſtantiam ſu
ām Jlli vero q̄ ſunt numero ⁊ meri
to poſſunt adinuicez participare me
rita ſua . que pticipatio in centupluz
melior eſt q̄ prima Aut quātum ad re
ligioſoꝝ inter ſe cōmunicationē qui
ſepe p vno fratre carnali vel domo
tēporali centuplum accipiunt Terci
o in illa remuneratione erit eterna
felicitas . cū dicit Et vitam eternam
poſſidebit Hoc nāq3 q dicit vitaz re
ſpicit illos q̄ ſunt in inferno q̄ nō ha
bent vitam ſed mortē . Et hoc q di
cit eternam reſpicit illos qui ſunt in
mūdo qui etſi habent vitam habēt
eā tranſitoriā et caducaz Hoc autē
q dicit poſſidebitis reſpicit illos qui
ſūt ī purgatorio . q̄ etſi habituri ſūt
vitā nō tñ ſunt ī poſſeſſione Jlli nāz
q̄ ſunt in celo habēt ⁊ vitaz ſine mor
te et eternitatē ſine fine atq3 poſſeſ
ſionem ſine expectatione .

Clxxxix . De ſancta marg . vg . ⁊ . m.

Ipſa cōteret caput tuū Ge .
iij . Quāuis beata margareta
fuerit puella tamē contriuit
caput patris ṗprij . diaboli . ac tirāni
Pater nāq3 ſuus intēdebat eā trahe
re ad cultū ydoloꝝ . ſed ipſa iſtō ca
put ſue intentōis cōtriuit . q2 e9 ſoci
etatez fugit ⁊ oues ſue nutricis paſce
bat Periculoſū nāq3 eſt hoīs cū ma
lis ſtare ⁊ malis cohabitare . q2 ma
li ſunt igne cōcupiſcentie inflāmati
⁊ ideo boni ſepe inficiunt a mal Sūt
luto auaricie inquinati ⁊ ideo ſepe infi
ciunt . Sūt pice adherentis ſupbie in
fecti . et iō ſepius denigrātur . Sunt
tenebris ignorantie obſcurati . ⁊ iō
ſepe a mal illis obfuſcantur Beata
igit margareta noluit habitare cuz
malis ne aut inflāmaretur igne con
cupiſcentie . aut īquinaret luto aua
ricie . aut inficeretur pice ſupbie ob
ſcuraretur tenebris ignorātie Se
cūdo contriuit caput tiranni qui in ſu
pbiam elatus cultum xpi euacuare
volebat ſed caput ſue elationis ipa
contriuit ⁊ cultum xpi defendit et in
nullo cōſentire voluit Et ideo quātu
plex certamen paſſa fuit . Primo q2
in eculeo fuit ſuſpenſa . Jdeo ei fuit
in aere cruciata ad oſtendendum q
adhuc nō fuit in celo q2 ibi ſunt bea
ti nec erat in terra . q2 ibi ſunt auari
ſed erat in medio q2 ibi ſunt pfecti
Habebat eī ſupra ſe celum ad deſid
randum Et infra ſe mundum ad de
ſpiciendū . iuxta illud . Prou . xv Ce
lum ſurſū ⁊ terra deorſum Secūdo
fuit aduſta ſed nō conbuſta . nec mi
rum . q2 habebat interius grām af
flantem . Dañ . iij . Fecit medium for
nacis quaſi ventum roris flantem . ⁊
ſcientiam delectantem . Prouer . xv
Secura mēs quaſi iuge cōuiuiuz Spē
letificantē Ro . xij . Spe gaudentes . i
tribulatōe pacientes Carnē vgineaz
refrigerantē Vnde dictū fuit marie
Virtus altiſſimi obumbrabit tibi . iō
poterat dicere illud Eccle . lij Jn me
dio ignis nō ſum eſtuata Fuit enim
in medio ignis . quia habuit carnez
propugnantem Gal . quinto . Caro
concupiſcit aduerſus ſpiritum . ⁊c .
Demonem inflantem . Job . xli . Ali
tus eius prunas ardere facit . Homi
nem ſollicitantem . quia prefectus e
am in vxorem accipere cupiebat .
Pulchritudinem allicientez que iaz
multas feminas proch dolor decepit
et adhuc cotidie decipit . Prouerbi .
vl . Fallax gracia ⁊ vana ē pulchritu
do . Tercio fuit in aquis gelidis
cruciata . Poſtq̄ enim in igne fuit
cruciata fuit in aq̄ frigidiſſia poſita .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Et iſta ē tam ſeuiſſima pena vt etiā
fiat in inferno Job. xxiij. Ab aq̄s ni
uiū tranſibūt ad calorē nimiū. Vn̄ e
tiā tūc factꝰ ē terremotꝰ ac ſi terra
nō poſſet tantū facinꝰ ſuſtinē. Aliq̄n
fit t'remotꝰ in ſignū doloris. Aliq̄n in
icuſſionē timoris. ⁊ ſic mota fuit in
paſſione ⁊ reſurrectōe xp̄i vt ⁊ oñdēꝫ
dolorē ⁊ cuſtodes deterreret. t'remotꝰ
ḡ factꝰ ē in paſſione ſcē margarete
in tāti ſceleris deteſtationē. ad dolo
ris ⁊ ꝯpaſſionis oſtēſionē ⁊ i timoris
incuſſionē ⁊ in pccōꝝ magnā ꝯfuſio
neꝫ Quarto fuit decollata ⁊ in ſua de
collatōe t'a maria fuerūt Primū eſt
deuota orō. qꝛ ad exēplū xp̄i deo ſe ꝯ
ꝯmēdauit Chriſtꝰ q̄dē in ſua paſſioē
pr̄i ſpūm recōmēdauit ⁊ ꝓ ſuis cru
cifixoribꝰ intercessit ⁊ ꝓ oībꝰ fidelibus
exorauit Jo xvij. Nō ꝓ eis āt rogo tā
tū. ſ; etiā ꝓ his q̄ credituri ſūt ꝑ ver
bū eoꝝ. ⁊ ſic btā margareta orauit
deū ꝓ ſe ⁊ ꝓ ſuis occiſoribꝰ. ⁊ ꝓ ipaꝫ
inuocātibꝰ Fuit etiā in paſſione eiꝰ
cuſtodia āgelica. qꝛ ipſi angeli ipaꝫ
cuſtodierūt ad martiriū ꝑperātē;.
in tormētis exiſtentē ⁊ ad celū aſcen
dētē Judith. xiij Cuſtodiuit me āge
lꝰ dn̄i ⁊ hic eūtē ⁊ ibi ꝯmorantē. ⁊ inde
huc reuertētēꝫ Fuit etiā in paſſione
eꝰ celeſtis armonia ⁊ merito. qꝛ ſpō
ſe ſolēt deduci ad ſponſū cū cāticis ⁊
laudibꝰ Apo. xix. Gaudeamꝰ ⁊ exul
temꝰ ⁊ demꝰ gl'aꝫ deo qm̄ venerūt nu
ptie agni ⁊ c. Quīto eꝰ paſſio fuit pa
ſſioni xp̄i multū ꝯformis effcā Chriſ
tus eī fuit denudatꝰ i patibulo. mar
gareta q3 fuit exſpoliata in eculeo.
Chriſtꝰ fuit flagellatꝰ ad colūpnam
vt diſciplinā pro nob̄ portaret Mā
gareta āt fuit tota virgis lacerata.
vt pꝰ hāc vitā aliā nō ſentiret diſci
plinā. xp̄s fuit ꝑforatꝰ clauis. ⁊ btā
margareta fuit lacerata vngul'. xp̄s
paſſꝰ ē in patibulo qd̄ q̄dē erat ſuppli
ciū latronū ⁊ malefactoꝝ infamium
margareta vō paſſa ē in eculeo qd̄
erat ſuppliciū pueroꝝ ⁊ maloꝝ xp̄s
totꝰ fuit ſanguīe plenꝰ. margareta
i eculeo tota fuit ſāguīe cruentata.
Chriſtꝰ paſſꝰ ē i aere. ad inuēduꝫ qꝛ
ipſe ē mediator dei ⁊ hoīm. ſic btā mā
gareta paſſa ē in aere ad inuēdū qꝛ
ipa ē nrā mediatrix apd̄ deū Tercio
ꝯtriuit caput ſcꝫ ſuggeſtionē demo
nis. ipſe q̄dē demon hꝫ magnā potēti
ā. ſupbiā. aſtuciā ⁊ expientiā ⁊ frau
dulentiā. iſta q̄nq3 notāt Apo. xij.
Proiectꝰ ē draco. ecce q̄ꝑte potētie.
magnꝰ. ecce q̄ꝑte ſupbie. ſ'pēs. ecce
q̄ꝑte aſtucie. ātiquꝰ: ecce q̄ꝑte expien
tie. q̄ ſeducit vniuerſū orbē: ecce q̄ꝑ
te fraudulētie His q̄nq3 armis cū be
ata margareta pugnare voluit ſed
ipa oīa ꝯtriuit Fregit eꝰ potētiā. qn̄
ipſū apparētē in ſpē draconis v'tute
crucis euaneſcē fecit Fregit eꝰ ſupbi
ā qn̄ pedē ſup collū eꝰ poſuit Fregit
eꝰ aſtuciā qꝛ coactꝰ ē dicē. qꝛ iō ſibi
apparuerit vt ſibi ꝯſuleret qꝛ moni
tis p̄ſidis obediret. fregit eꝰ maliciā
qꝛ ipſe btē margarete i nullo nocē po
tuit. fregit eꝰ expientiā. qꝛ in nullo
ſuis ſuggeſtionibꝰ aſſētire voluit.

Clxxxiij. de eadeꝫ ſermo ſecū dꝰ

Simile ē regnū celoꝝ theꝫ au
ro abſcōdito i agro Mat. x
iij. In iſto euangelio qd̄ ad
hōrē btē margarete legit' q̄tuor ſūt
videda. Primo q̄d ſigficet' p theꝫ au
rū. ē āt theꝫ aurꝰ iſte de quo loq̄t'. i.
Coꝝ iij. ſi q̄s edificauerit ſup fūdam̄
tuꝫ h' auꝝ argētū ⁊ lapides pcioſos.
Eſt āt auꝝ v'ginitas. argētum fidꝭ
lapides pcioſi opa pietatis iſte t'plex
theꝫ aurꝰ fuit i btā v'gie margaēta.
Ipa nāꝫ hūit v'gītatē itegrā fidē ſice
rā ⁊ opatōnē ſolliciā Sgficat' āt v'gi
tas p auꝝ qꝛ auꝝ nō amittit fulgorē
ſuū. nec ignis aduſtioē. nec luti iuo
lutōe: nec tpis ātiq̄tate. ſic ⁊ fulgor
v'gitatis nō minuit' igne ꝯcupiſcētie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Sicut eñ ſplendor lucet ī ſpeculo. ſic
⁊ virginitas ī corpe t̃reno. Et ſicut
ignis lucē ſuã nõ cõburit ſic cõcupiſ
centia virginitatē nõ adurit Et ſicut
ymago dei in viris ſanctis vetuſtate
nõ inficit̃. ſic ⁊ ipſa ex diuturnitate
temporis renouat̃. ij. Cor. iiij. licet
is q̃ foris ē noſter homo corrũpitur.
tñ is q̃ intꝰ eſt renouat̃ de die in diē
Sed fides ſignificat̃ ꝑ argentuz Fides
nãq3 cauſat̃ a v̾bo dei ſcd̃m illd̾ Ro.
x. Eſt ãt fides ex auditu. auditꝰ ãt ꝑ
verbuz dei De iſto dr̃. pſ Eloq̃a dñi e
loq̃a caſta ⁊ c. Ex q̃bus verbis habe
tur ꝙ fides catholica ē caſta ꝑ puri
tatē ſincerã. q2 ipſa nl̾la adulterina
falſitate polluitur. qd̾ ē cõtra fidem
hereticoꝝ. Eſt examinata ꝑ t̃bulati
onem immiſſaz. q2 nulla aduerſitate
frangit̃ qd̾ ē contra fidez inſtabiliuz
Eſtq3 ꝓbata ꝑ ꝓſperitatē mũdanã
q2 nulla terrena ꝓſperitate allicitur
qd̾ eſt cõtra fidez auaroꝝ Eſt purga
ta ꝑ ſpũs ſancti graciaz q2 ſeptiformi
dono ſpũs ſancti fulcitur. quod ē cõ
tra fidem maloꝝ xp̃ianoꝝ Opera au
tē bona ſignificãtur ꝑ lapides precio
ſos. lapis autē precioſus excellit au
ruz ⁊ argẽtum in ſplẽdore. in valorē
⁊ in virtute Et iõ nec auꝝ virginita
tis nec argẽtuz fidei. corã deo lucent
nec aliquid valẽt. nec aliq̃d poſſũt
proficere ſine bonis opibus Quãdo
autez bonis adornãtibus õpibus fulci
unt̃ ⁊ decorant̃. tũc magnuz habent
ſplendorē. valorez. ⁊ virtutez De v̾
tute fidei ꝑ bona opeã dicitur Heb.
x. Sancti ꝑ fidez vicerunt regna ⁊ c
De virtute ⁊ pulchritudine v̾ginita
tis ꝑ bona opera eciã dicit̃. Sap. iiij.
O q̃ꝫ pulchra ⁊ caſta ē gñatio cũ cla
ritate ⁊ c. Secundo videndũ ē q̃d ſit
iſte ager. q̃ quidem ē triplex. ſcz cor
poralis ſpũal̃. ⁊ tẽporalis Ager cor
poralis ē ipſum corpus in quo inueni
tur theſaurus virginitatis ⁊ caſtita
tis. ij. Cor. iiij. Habemꝰ theſauruz
iſtuz in vaſis fictilibꝰ Quãuis autem
iſtd̾ vas ſit t̃renũ tñ debz eſſe mũdũ
ꝑ puritatez. pictũ per moꝝ honeſta
tem. ⁊ excoctũ ꝑ caritatē. i. Teſſa v
Sciat vnuſq̃ſq3 veſtꝝ vas ſuum poſſi
dere in ſanctificatione. ecce q2 debet
eſſe mundũ. ⁊ honore. ecce q2 debet
eſſe pictum. nõ in paſſione deſiderij.
ecce q2 nõ debz igne cõcupiſcentie. ſ3
igne ſancti ſpũs inflãmari Ager ſpi
ritualis ē animus ī quo inuenit̃ the
ſaurus fidei Roã. x. Corde creditur
ad iuſticiã ⁊ c. Virginitas nãq3 eſt ī
corpore. bona autē opa ſunt in exte
riori exhibitione. ſed ipſa fides radi
catur in corde. Et rõ eſt. Nam ſi ali
quis oppreſſor virginitatez alicui ab
ſtulerit ꝓpter hoc illa ꝑſona oppreſ
ſa eam nõ ꝑdit. vnde dixit ſcã lucia
Si me renitentē ⁊ inuitaz violaueris
caſtitas mihi duplicabit̃ ad coronaz
Si autē aliquis raptor alicui tempoã
lez ſubſtantiã rapuerit ꝓpter deũ nõ
ꝑdit. q2 ꝑ pacientiã ⁊ alia bona opa
poteſt mereri. q̃uis ſibi bona ſua tẽ
poralia fuerint ablata et ſurrepta.
ſed ſi fides ſubripitur ꝓ certo tũc de
us ꝑditur ⁊ totũ ſpũale edificium ſb
ruit̃ Et ideo neceſſe fuit vt in corde
radicaretur Ager tẽporalis eſt ipſa
terrena poſſeſſio in qua debet eē the
ſaurꝰ bonoꝝ operũ. i. elemoſinarum.
Prou. iij. Honora dñi de tua ſubſtã
cia ⁊ c. Qui eñ mõ honorat dñi de ſub
ſtantia dominꝰ ipſuz honorabit ī ſua
gloria. et loco q2 ſtatuet eum a dex
tris. et verbo cũ dicet. Eſuriui et de
diſtis mihi mãducare. et facto. cum
dicet. venite benedicti percipite reg
nũ patris mei ⁊ c. Tercio videndum
eſt qualiter iſte theſaurus abſcondi
tur. Theſaurus eñ caſtitatis abſcon
ditur per carnis macerationez. i. Co
rin. ix. Caſtigo corpus meum et in
ſeruitutem redigo Cuſtoditur enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

⁊ abſcōditur theȝ aurus caſtitatis p
ſenſuū cohibitionē. Job. xxxi. Pepi
gi fedus cum oculis meis ⁊ c̄. Per fu
gā ⁊ elongationē. i. Coꝛ. vi. Fugite
fornicationē ⁊ c̄. Theȝ aur⁹ autē fidei
cū ſit radix omnium bonoꝝ debet ab
ſcōdi ab eſtu male iflāmāte a frigoē
male humiliante. ⁊ a diabolica temp
tatione male infeſtāte. vnde pſ̄. In
cenſa igni. quo ad amorē male inflā
mantē. ⁊ ſuffoſſa. quo ad timorē ma
le humiliātem Fiat man⁹ tua ſup vi
ruȝ dextere tue. q̄ ſcȝ comprimat in
ſultuȝ diaboli male infeſtātem. The
ȝaurus autē bonoꝝ opeꝝ abſcōdi de
bet ab humana laude Math. vi. Cū
facis elemoſinā noli tuba canere an
te te ⁊ c̄. A negligentia ⁊ torpore. O
ſee. vij. Comederūt alieni robur ei⁹
⁊ ipſe neſciuit Ab indiſcreto feruoē
Yſa. xviij. Ante meſſem tot⁹ efflorु
it ⁊ immatura plantatio germinauit
Quarto eſt videndum q̄liter iſte the
ſaurus emitᷣ. Siquidē emitur dando
deo ꝓprium affectū. ꝓprium ſenſuȝ.
⁊ ꝓprium t̄butū ſiue cenſuȝ Qui em̄
vult emere theſauꝝ caſtitatis det d
o ꝓpriuȝ ſuū affectū vt nihil diligat
niſi deū ſeu ſponſuȝ celeſtē: Eſt ei ȝe
lotipus ⁊ nō vult cum adultero ada
mari. yſa. xxviij. Coanguſtatum eſt
ſtratū ita vt alter decidat. ⁊ c̄. Qui
vult emere theȝ auꝝ fidei debet deo
ꝓpriuȝ ſenſū ⁊ totā ſuā intelligentiaȝ
applicare ſm illud. ij. Coꝛ. x. in capti
uitatē redigentes omnē intellectuȝ
in obſequium chriſti. Qui autē vult
emere theſauꝝ meritoꝝ vendat deo
ꝓpriuȝ cenſuȝ bona ſua pauperib⁹ lar
giendo Mat. xix. Si vis pfectus eē
vade ⁊ vende ea q̄ habes ⁊ da pauperi
bus ⁊ habebis theȝ auꝝ in celo.

Clxxxv. de eadem ſermo t̄cius

Simile eſt regnum celoꝝ hoi
negociatori querenti bonas
margaritas ⁊ c̄. Negociatoꝛ
iſte eſt chriſtus de quo tria ponuntᷣ:
ſc; eius officium. cū dicitur. Homini
negociatori Eius ſtudium cū dicitur
Querenti bonas margaritas. ⁊ eius
cōmercium. cū dicitur Inuenta autē
vna precioſa margarita. ⁊ c̄. Cir
ca primū notandum q̄ ſicut dicit au
guſtin⁹ ſuper illud Heb. ij. Liberaret
eos qui timore mortis ⁊ c̄. Chriſtus
in hunc munduȝ tanq̄ negociatoꝛ ve
nit ⁊ tres merces a nobis accepit ſcȝ
naſci. laborare. ⁊ mori Et tres ſuas
merces nobis portauit ſcȝ renaſci. r̄
ſurgere. ⁊ in eternū regnaē Accepit
enim a nobis naſci. Yſaie. ix. Paruu
lus natus eſt nobis Dedit autem no
bis renaſci Johannis pmo. Dedit e
is poteſtatem filios dei fieri. ⁊ Johā
nis iij. Niſi quis renatus fuerit ex aq̄
⁊ ſpiritu ſancto non intrabit in reg
num celorum Secūdo accepit a no
bis mori ad Philippen. ij. Chriſt⁹
fact⁹ eſt obediens pro nobis vſq; ad
mortem. mortem autem crucis. No
bis autem dedit reſurgere Johānis
vi. Ego reſuſcitabo eum in nouiſſio
die. Tercio accepit a nobis labora
re. Nam ipſe laborauit corde dolēdo
⁊ cōpatiendo. Yſaie. liij. Pro eo q̄
laborauit anima eius. ⁊ c̄. Labora
uit eciaȝ ore clamando ⁊ predicando
Pſalmiſta. Laboraui clamans rauce
facte ſunt fauces mee. Laborauit o
culis pluries flendo Pſalmiſta Labo
raui i gemitu meo lauabo per ſingu
las noctes lectuȝ meum ⁊ c̄. Labora
uit toto corpore penas ⁊ dira ſuppli
cia ſufferēdo. Yſaie. pmo. Laboraui
ſuſtinens. ⁊ c̄. Dedit autem nobis
regnare. Luce. tercio. Nolite timere
puſillus grex quoniaȝ placuit patri
meo dare vobis regnum. Secun
do ponitur iſtius mercatoris ſtudiū
cum dicitᷣ. Querenti bonas margari
tas Dicitᷣ āt ſci ⁊ maxie iſta ſcā Mā
gareta quinq; de cauſis margarita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

Primo ex eo ꝙ fuit celeſti rore gr̄a
ta Jpſa nãq₃ cor ſuū aperuit ⁊ rorez
ſpūs ſancti accepit ac ſuggeſtioī di
abolice cõcluſit ⁊ ſic precioſa ⁊ nobil
margarita gr̄ata fuit Aperuit ad ſ
um ſuaz meōriaz ⁊ ibi recepit dei cõ
tinuā recordationē. Suaz intelligētiā
⁊ ibi concepit dei cognitionē Suā vo
luntatē ⁊ ibi cõcepit dei amorem Se
cūdo dr̄ margareta ꝙ fuit fulgida.
⁊ hoc tā in carne ꝑ virginalē pudici
ciā ꝙ̄ i mēte ꝑ intentionē ſincerā ꝙ̄
in cõuerſatione ꝑ lucidā famā Sap.
iiij. O ꝙ̄ pulchra ē caſta generatio
cū claritate. Jpſa nanq₃ habuit pul
chritudinē intentionis i mēte Caſti
tatem in corꝑe Claritatē in cõuerſa
tione Tercio dicit margarita ꝙ fuit
parua ꝑ humilitatē. Quāto ei fulgi
dior erat in cõſpectu dei tanto erāt
humilior in cõſpectu ſuiipſius. Sepe
ei res lucide nigr̄ habēt effectum. ſi
cut oſtēdit Aug. in libro de ciuitate
dei ꝑplici exemplo Nā oleum lucidū
nigras maculas effūdit. Argentum
fulgiduz nigras lineas tingit Jgnis
ſplēdidus facit cūcta nigra q̄ lambit
Sic ⁊ ſancti viri ꝙ̄tūcūq₃ luceāt in
ſtar olei ꝑ pietatez. inſtar ignis per
caritatē inſtar argēti ꝑ fame ſonori
tatē. tamē debēt in ſe nigreſcere ꝑ
humilitatez Sancta autē margareta
fuit ꝑua coram ſe ꝑ humilitatez ſed
magna corā tirāno per cõſtantiaz ⁊
magnanimitatē Mediocris autē co
ram fidelibus ꝑ ſocialez cohabitatio
nem Job. iiij. Paruus ⁊ magnꝰ ibi
ſunt ⁊ ſeruꝰ liber a dño ſuo Jn domo
eñ dei ſancti viri ſunt. ⁊ ſūt ꝑui ſeip
ſos humiliando. ⁊ ſunt magni tiran
nos cõtēnendo Et ſūt liberi ſocialiē
viuendo Quarto dr̄ margarita. ꝙ
fuit ſolida Nõ eñ potuit cõmoueri a
patre ꝑ blāditiarꝫ adulationez. nec
frāgi ab ipſo tiranno ꝑ tormētoruz
illationem. nec ꝑforari a diabolo ꝑ
tēptationū immiſſionez Mat. vij. De
ſcēdit pluuia. i. patris adulatio q̄ vid
tur habere vim refrigerandi. flaue
. i. tēptationes diaboli. venerunt flu
mina. i. tormēta tirannī ⁊ ipſaz ob
ruere nõ potuerūt Quinto dicit mā
garita ꝙ fuit virtuoſa Jpſa eñ mag
nā v̓tutē oſtēdit i aere. ꝙ ibi fuit in
eculeo ſuſpēſa nec tñ in animo leſa.
Jn igne ꝙ ibi fuit poſita ſed nõ adu
ſta. Jn aq̄s. ꝙ in aq̄s fuit poſita ⁊ ꝑ
manſit illeſa Jn terra. ꝙ ipſa terra
fuit tremore cõcuſſa ¶ Tercio ponitur
iſtius mercatoris ↄmercium. cū dicit
Abijt ⁊ vendidit vniuerſa q̄ habuit
⁊ emit eaz Jſte nãq₃ mercator quat
tuor hūit q̄ oīa vendidit vt iſtā eme
ret margaritā ſcꝫ deitatem aīaz. car
nem ⁊ ſanguinē. Deitatez q̄dem dat
nobis in p̄miū. ꝑs. Adimplebis me
leticia cū vultu tuo. Animā vero de
dit nobis in preciū. de hoc Mat. xx.
Venit filius hoīs nõ miniſtrari ſed
miſtrare ⁊ dare aīaz ſuā i redēptõez
ꝓ multis Carnē ⁊ ſanguinē in reme
dium Homo q̄dez erat famelicus. ſi
tibundꝰ. ⁊ infirmꝰ. Quia ergo erat
famelicus dedit nobis carnē ſuaz in
cibum Quia ſitibūdus dimiſit nobis
ſanguinē ſuuz in potū Quia vero fu
it infirmus dimiſit nobis vtrūq₃ in
remediuz. de quo remedio cātat ec
cleſia in orōe Sit abſolutio ſceleruz
ſit fortitudo fragilium. ſit ↄtra mū
di ꝑicula firmamentū Eſt eñ in eme
diuz ↄtra pccā ꝑterita. idō dicit. ſit
abſolutio ſcelerꝝ. contra pccā preſē
tia. iō ſubdit Sit fortitudo fragiliuz
Cõtra pccā futura. iō ſubdit Sit cõ
tra mundi pericula firmamētuz ⁊ c̄.

¶ Clxxxvi De ſcā Maria magd. f. i.

Ego ſto ad oſtiū ⁊ pulſo Apo
ca. iij. Dñs in p̄nti vita nolu
it habē hoſpiciū tp̄ale. vñ i
alieā domo fuit natꝰ ⁊ i alieā domo
ↄuerſatꝰ ⁊ hoſpitatꝰ i alieō ſeplcro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

ſepultus Voluit tamē habē domuz
ſpūalez q̄ eſt cor nr̄m quā tantū deſi
derat vt etiā oſtiatiz eam q̄rat dicēs
Ego ſto ad oſtiū ꝛ pulſo ꝛ c̄. In hāc
duplicē domū beata maria magda
lena xp̄m recepit In domū tempora
lem vt ipſū corpaliter reficeret Lu.
x. Intrauit ihēſus ī quoddā ꝛ c̄. Et ī
domū ſpūalem vt eū paſceret ſpūa
liter Greḡ. Apud phariſeū veritas
paſcebat̄ foris apud mulierez pecca
tricē. ſed penitētez paſcebat̄ itus.
In premiſſis ergo verbis ponuntur
plures cauſe quare xp̄s oſtium cord
noſtri ſibi poſtulat aperiri Prima nā
qꝫ ſumit̄ ex cōſideratione pſone ſtan
tis. cū dr̄. Ego. qd̄ q̄dem pnomē p
tribus noībus ſupponit Ego ſcz iheſ9
xp̄s fili9 dei. Homo igitur infirm9 li
benter aperit ſuo ſaluatori. meſtus
ſuo cōſolatori ab hoſtibus obſeſſ9 ſu
o liberatori Ac ſi dicat xp̄s libenter
debes mihi apire qꝛ tu es infirm9 ꝛ
ego ſū iheſus .i. ſaluator tu es meſt9
ꝛ ego ſū xp̄s ꝛ cōſolator. tu es ab ho
ſtib9 obſeſſ9 ꝛ ego ſū fili9 dei tu9 ſcz
liberator Beata igit̄ maria magda
lena erat infirma. meſta. ꝛ obſeſſa.
Quia erat infirma libenter recipie
bat iheſū medicū ꝛ ſaluatorez q̄ ſana
uit eaz valde faciliter hoc ē cū q̄tuor
verbis dicēs. remittuntur tibi pccā
tua Ip̄e etiā ī dauid peccatū adulte
rij ꝛ homicidij ſanauit cum t̄bus ſilla
bis. cū dixit. Peccaui. Vn̄ auḡ. Qn̄
tuz valent tres ſillabe peccaui. ſ; in
his t̄bus ſillabis flāma cord aſcendit
in celū In mattheo ſanauit pctm̄ aua
ricie cū quatuor alijs ſillabis q̄s xp̄s
dixit ei. Mat̄. ix. Seq̄re me In pau
lo vō ſanauit pctm̄ ſupbie q̄nqꝫ ver
bis qn̄ dixit Act̄. ix. Dn̄e q̄d me vis
facere In petro āt ſanauit pctm̄ ne
gationis paucis lacrimis qn̄ egreſſ9
foras fleuit amarē Secūdo maria eāt
meſta. iō libent̄ recipiebat xp̄m cō

ſolatorē. Suam autē meſticiā oſten
debat per lacrimas q̄s fundebat. Fu
dit enī q̄tuor genera lacrimaꝝ ſcz la
crimas compunctōis ex peccatoruz
recordatione. Luce. vij. Lacrimis ce
pit rigare pedes eius ꝛ c̄. Compaſſio
nis in fratris ſui morte Joh. xj. Ihe
ſus ergo vt vidit mariam plorātem
ꝛ c̄. Doloris ex chriſti paſſione Luc.
xxiij. Sequebātur ipſū mulieres ꝛ c̄
Amoris ex corporis chriſti ſubſtracti
deſiderata viſione Jo. xx. Maria ſta
bat ad monumētum foris plorans.
Chriſt9 autē eā cōſolat9 eſt. in lacri
mis ꝯpunctōis pccā ſua ſibi remittē
do. in lacrimis ꝯpaſſionis frēz ſuū ē
ſuſcitādo. in lacrimis doloris poſt re
reſurrectōnez ſibi apparēdo ī lacrīs
amoris ſuā preſentiā ſibi exhibēdo.
Tercio erat obſeſſa. ꝛ iō libenter re
cipiebat dei filiū auxiliatorem ꝛ libe
ratorē Erat enī obſeſſa a demonib9
ſed xp̄s eā liberauit. qn̄ ſeptez demo
nia ab ea eiecit Erat etiā obſeſſa ab
hoībus. qꝛ phariſeus dicit eam eſſe
immūdaz. martha dicebat eam eſſe
ociosaz. iudas dicebat ipſam pdigā
qꝛ vnguentum p̄ciosū iutiliter exp̄e
debat diſcipuli dicebāt eaz eſſe fatu
az Vnde dr̄. Lu. xxiiij. qꝛ cū magda
lena ꝛ cetere mulieres diſcipulis nū
ciaſſent ſe dominū vidiſſe: viſa ſunt
ante ipſos quaſi deliramentū verba
iſta Sed taliter obſeſſaz chriſt9 ad
iuuit ꝛ cōtra phariſeum oſtendens
ipſā nō eſſe immūdam ſ; purificataz
cū dixit Remittunt̄ ei pccā mlt̄a. ꝛ
ꝯtra ſororē oñs qꝛ meli9 erat eius o
ciū q̄ ipſi9 marthe miniſteriū labori
oſum dicēs. Martha martha ſollici
ta es ꝛ c̄ Et etiā iuuit xp̄s eam ꝯtra
iudā oñs qꝛ illa effuſio vnguēti nō fu
it pdigalitatis viciū ſ; fuit ſue ſepul
ture ſacmētū. xp̄s etiā eaz cōn diſci
pulos oñs qꝛ n̄ eāt fatua ſ; vidica qn̄
xp̄s ſibi appuit ꝛ aplōꝝ aplā eā fec.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

¶ Secunda principalis cauſa quare
xp̄s oſtium cord noſtri ſibi poſtulat
apiri ſumit̄ ex conſideratōe ſitus cor
poris . cū dicit . Sto patus ſcȝ adiuua
re Stare q̄dem ē pugnātis . iacere ve
ro eſt q̄eſcentis . ſedere vero eſt reg
nātis Chriſt⁹ vō ſtat ī actiuis . iacet
in cōtemplatiuis . ſed ſedet ī beatis
Sic ergo ſtabat xp̄s ī ea ī q̄ṫum acti
ua ſibi p viā miſtrabit . iacebat ī ea
in q̄ṫuȝ contemplatiua ad pedes xp̄i
ſedebat . mō vero ſedȝ ⁊ regnat in ip
ſa in quātuȝ eſt beata ¶ Tercia cā ſu
mitur ex cōſideratōe loci conuenien
tis . cū dicit̄ ad oſtiū Nō eī ſtat in vi
cis vel plateis . qꝛ non diligit curio
ſos . nec in foro . qꝛ nō diligit negoci
oſos ſed ad oſtium cord qꝛ diligit q̄
etos Chriſt⁹ igitur ſtabat ad oſtiuȝ
cord beate marie magdalene . qꝛ nō
fuit curioſa ſed domi ſedere ꝯſueuit
Jo . ix . Maria āt domi ſedebat . nec
fuit negocioſa . qꝛ omnia ṫrena deſe
ruit ⁊ reliquit ꝓpt̄ xp̄m . ſed fuit qui
eta qꝛ verba dei ad pedes xp̄i libent̄
audiuit ¶ Quarta cā quare xp̄s oſti
ū noſtri cord ſibi poſtulat aperiri ſu
mi poteſt ex cōſideratōe conuiuij tā
excellētis cū ſbdit̄ Si q̄s apuerit mic
hi itrabo ad illū ⁊ cenabo cū eo ⁊ ipſe
mecū Nō dixit guſtabo nec prādebo .
nec merendinabo . ſed dixit cenabo .
Nā guſtare ē aliquos bolos recipe .
Quidam eī volunt cū deo guſtaē fa
cientes bolos duos de corde ſuo Vnū
dāt deo ſcȝ intellectū p fidem . alium
dant mūdo ſcȝ affectū p amorem . q̄
dam eciā duos bolos faciūt de etate
ſua vnū bolū dant diabolo ſcȝ iuuen
tutem . aliuȝ bolū dāt deo ſcȝ ſenectu
tē . Sūt eciā aliqui q̄ duos bolos faci
unt de ſeipſis ⁊ reb⁹ ſuis . vnū boluȝ
ſcȝ ſeipſos dāt diabolo . aliū boluȝ ſcȝ
ſua dare volūt deo Nec eciā xp̄s dix
it prādebo Nā poſt prādiū aliud ad
huc reſtat cōuiuium . Illi ergo cum
xp̄o prādium faciūt qui poſt penitē
tiam ad peccatū redeunt . Nec dixit
merendinabo qꝛ hoc ē beatoꝝ vbi ē
plena lux cognitōis ⁊ plenus ardor
amoris Cant . i . Indica mihi vbi paſ
cas . vbi cubes in meridie Dixit aūt
cenābo qꝛ poſt cenā nullū aliud reſtat
cōuiuiū Cū illis igitur xp̄s cenat qui
ſemp ī gracia pſeuerāt . Guſtant er
go ſimulantes . prādent recidiuātes
merēdināt tumphātes . ⁊ cenāt per
ſeuerātes Beata igit̄ maria magda
lena āte ſuam cōuerſionē cū deo gu
ſtauit . qꝛ deo dedit ſe p fidem ſed di
abolo p malam opationē . poſt ꝯuer
ſionē ſuaȝ cum xp̄o prandium fecit .
qꝛ tēpore paſſionis p infidelitatē ce
cidit . poſt reſurrectionē vero cū ip̄o
cenauit . qꝛ ſemp in gracia pſeuera
uit Mō auteȝ cū xp̄o in meridie coē
dit . qꝛ plena eſt luminoſa cognitioē
feruēti . amore ⁊ dulci fruitione . Et
dixit cenābo cuȝ illo ⁊ ipſe mecū . i . ego
ponā ptes meas ⁊ ip̄e ponet ptes ſu
as In hac nāȝ cenā ſpiritali magdalenā
poſuit tres ptes Prio poſuit ꝯtrōeȝ
q̄ appruit p tātas lacrimas q̄s effudit
poſuit ꝯfeſſionē . peccata eī ſua pub
lice quoddāmō cōfeſſo fuit quādo ī
ter cōuiuātes lacrimas obtulit . ⁊ ſa
tiſfactioneȝ . qꝛ ſicut dicit . Gre . con
uertit ad virtutum cumulum nume
rum criminū vt totū deo ſeruiret ī
penitentia q̄cquid de ſe deum ꝯtemp
ſerat culpa Chriſtus antē alias tres
ptes poſuit ſcȝ peccati remiſſionem .
cum dixit . Remittunt̄ ei pccā mlta
gracie collationē . cū ſubiunxit . quo
niam dilexit multum ⁊ eternam ſal
uationē . cum dixit . Fides tua ſaluuȝ
te fecit vade in pace .

¶ Clxxxvij . de eodē ſermo ſecūdus .

Mulierē fortē quis inueniet .
Prouer . vlti . Tempore ſa
lomōnis nulla mulier eſt in
uenta fortis . ſed tpe gracie multe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 E 15 vol. 2

ſunt inuente fortes ſcꝫ ſacre virgies
ſexū cū mundo vincentes · Inuenta
eſt nanqꝫ vna fortioꝛ ſcꝫ magdaleā
q̄ carnē vicit · mūdum ↄtempſit · et
inuincibili amoꝛe fragrauit · Inuen
ta ē vna fortiſſima ſciꝫ virgo beata
que deum de celo ad terram traxit ·
Iſtam autē tantā fortitudinēꝫ mag
dalena habuit ex caritate que tota
liter accenſa fuit ī ea · ponūt͛ · autem
Cantͦ · viij · q̄nqꝫ fortia quibus aſſimi
latur fortitudo caritatis · cū dr̄ · For
tis ē vt moꝛs dilectō Dura ſicut infe
rius emulatio · lāpades eꝰ lampades
ignis atqꝫ flammaꝝ aque multe nō
pot· erūt extinguē caritatē · nec flu
mina obruēt illā Primo igitur cari
tas ī magdalena fuit fortis ſic moꝛs
que quidem moꝛs ē fortis in ſepādo
Quia ſicut moꝛs animā a coꝛpe diui
dit · ſicut caritas dei aīaꝫ ſuā ab amo
re mūdi totaliter ſepauit · Relique
rat q̄dem omīa ſenſibilia · dimiſerat
oīa intellectualia et amoꝛi xp̄i ime
diate ſe coniunxerat · Diſtinguit nā
qꝫ dionyſius tres gradꝰ aſcendendi
ad diuina Primus ē p ſenſibiliū ma
nuductōem · ⁊ iſte ē gradꝰ incipien
tium · de quo dr̄ · Ro · i · Inuiſibilia ei
dei p ea que facta ſunt ↄſpiciunt͛ ⁊ c̄
Iſto gradu vſa ē magdalena ī p̄moꝛ
dio ſue ↄuerſionis quādo ad pedes
xp̄i ſtetit · Per pedes ei dei ſenſibilia
accipiunt͛ · iuxta illō · yſa · lxv · Celū
mihi ſedes ē terra autē ſcabellum pe
duꝫ meoꝝ Secūdus gradꝰ ē p intel
lectualiū opatione · et iſte gradus ē
ꝓficientiū · de quo dr̄ Pro · viij · Qui
mane vigilauerit ad me iuenīet me
Et iſto gradu maria vſa ē in ſuo ꝓ
greſſu quādo ſenſibilia dimittebat ·
et ſpūalibus ⁊ diuinis itenta erat ·
Lu · x · Maria ſedēs ſecꝰ pedes dn̄i au
diebat v̄bū illius Tercꝰ gradus ē p
immediatā vnionē · ⁊ iſte gradꝰ eſt
perfectoꝝ · de quo dr̄ · ij · Coꝛin · iij ·

Nos aūt reuelata facie gloꝛiam dn̄i
ſpeculantes ⁊ c̄ · Et iſto gradu mari
a vſa eſt in ſua perfectōe quando de
ea dominus dixit · Maria optimam
ptem elegit que non auferetur ab e
a · Habere nāqꝫ primuꝫ gradum eſt
habere ptem bonam · habere vero ſe
cūdū gdū ē habere ptem melioꝛem
Sed habere tercium gradū eſt habē
ptem optimam Secundo caritas fu
it in ea fortis ſicut infernus qui ē foꝛ
tis in retinēdo Caritas ei eꝰ menteꝫ
deo ſic fortiter colligauit ꝙ nūq̄ꝫ ab
eꝰ amoꝛe cadere potuit · Cari nanqꝫ
ſunt q̄ amicum vere diligant in vita
Carioꝛes qui diligant in moꝛte Cari
ſſimi vero inueniunt͛ qui poſt moꝛtē
diligant Maria autem dilexit xp̄m
viuentem Luc · vij · Quoniam dilex
it multum · dilexit chriſtum moꝛien
tem Jo · xx · Stabat iuxta crucem ie
ſu ⁊ c̄ · Dilexit eciam moꝛtuum · quia
vnguenta parauerat · et ipſuꝫ xp̄m
